

opus fuisse iustum, ac pro tali reputatum à Deo, similiter velum
 Phinees quo interfecit impios fuisse opus iustissimum, et
 à Deo pro tali habitum. Et sic etiam intelligit illud Rom. 4. ei
 qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam
 sed secundum meritum, quod enim hoc est, inquit, nisi
 mercedem iusti deberi ei, qui operatur opus dignum mer-
 cede, Non igitur imputari est reputari ac si esset, sed re-
 putari sicuti est. Et quod in eodem loco saepius repetit Apostolus
 fidem reputari ad iustitiam, non significat fidem non esse,
 sed reputari iustitiam, sed significat fidem per charita-
 tem operantem verissimam esse iustitiam, non ex ope-
 ribus gratiam precedentibus acquisitam, sed à Deo dona-
 tam, et infusam, et ideo pro vera iustitia à Deo reputa-
 ri, et acceptari] hec Belarmi. Quis tamen actum fidei
 non sumit nudè, sed cum charitate coniunctum. In
 quo videtur loqui de actu credendi perfectioriam, qualis est
 in homine iusto, et est cum gratia, cum tamen Toletus
 sumat pro actu credendi precedente ipsam gratiam,
 ut disponente ad illam. Reputari igitur idem videtur
 esse atq; computari, vel imputari, ponere en cuenta.
 Reputari igitur dicitur Abrahamo, et computari fides ad
 consequendam iustitiam; Nihilominus gratis collata
 est ei iustitia à Deo; quoniam, et prencipiū, et coōpera-
 tio à Deo fuit; qui, et excitavit, et promovit illum, ut ac-
 tum fidei eliceret. Quod ut explicaret B. Paulus cre-
 denti, inquit, in eum qui iustificat impium reputatur
 eius fides ad iustitiam (et addit) secundum propositum
 gratiæ Dei; et non datur iustitiæ initium secundum de-
 bitum, sed secundum propositum gratiæ Dei. Quia
 fides non datur propter vlla opera, sed gratis omnino
 non conceditur ex decreto Dei; ita vobis. Difficultas hinc
 occurrit valde implicata et inter doctores nimis agi-
 tata, Num sola fides ad iustitiam consequendam apud
 Deum satis sit, an simul et alia opera sint requisi-
 ta, et necessaria; Nam Ps. 105. dicitur Phinees reputatus
 in iustitiam.

+ Theoria 1. An
 sola fides sine ope-
 ribus, valeat ad ju-
 stitiam. 14.



in justitiam, opus illud quo transgressores publicas legis
 Aclor Dei interfecit, et Jacobi c. 2 dicitur Abrahamus ex
 operibus justificatus offerens Isaac filium suum super al
 tare. Imo ipse met D Paulus, qui non ex operibus legis,
 sed ex fide dari justitiam tanto opere assererat, dixit
 Rom. 2 Non enim auditores legis justi sunt apud Deum,
 sed factores legis justificabuntur, affirmat itaque
 ex servata lege, et ex operibus justitiam oriri, et non ex
 sola fide. 10
 facile se expediunt ab hac difficultate, qui asserunt
 D Paulum, cum excludit opera legis, siue opera absolute
 à justificatione, loqui sane de prima iustitia, qua scili
 cet de non justo fit homo justus. Nam si hanc iustitiam
 integrè accipias, ut prævias ac necessarias dispositio
 nes includit, quarum prima, et radix siue fundamen
 tum aliarum fides est; dubitari non potest, quomodo absq[ue]
 ullis operibus præcedentibus, eam Deus impetratur.
 Si vero ita præcisè sumas, ut dum taxat infirmitatem
 ipsam Justitiæ, qua remittuntur peccata intelligas,
 necesse est etiam, ut intelligas absq[ue] operibus, id est, absq[ue]
 meritis illam à deo infundi, aboque meritis inquam,
 que de condigno appellant Theologi, que proprie me
 rita apud Deum sunt. Consonat his Concilium Triden
 tinum. Sess. 6. c. 8. Vbi, Ad deo, inquit, nos dici gratiæ Jus
 tificari, quia neque per fidem, neque per opera ante
 cedentia Justificationem, ^{justificationis} gratiam promeremur, lo
 quitur autem Concilium de proprio merito de condigno.
 Et Doctores communiter sentiunt. Sic etiam de meri
 tis loquitur S. Aug. epist. 105. cum ita interroganti sibi
 respondet. Nulla res sunt merita Justorum; sunt pla
 nequia Justi sunt; sed ut Justificerent ~~merita~~ ^{ita} merita
 non fuerunt. Negatque D Paulus Justitiam ali
 cui contingere ex operibus, quia neque ulla homi
 nis merita iure possunt extorquere Justitiam
 primam, neque antea fidem, ullam esse potest

15.



opus quod ad illam consequendam quicquam valeat.
 Quippe cum fides ipsa sit fundamentum iustitiae, et
 oratio dicente Apostolo Heb. 11. si ne fide impossibi-
le est placere Deo.

Fides
 dicitur
 iustitia
 Heb. 11. 6.

16.

At ne ergo constet recte exclusa esse opera, siue
 legis Moysae, siue legis naturae, siue quaevis alia ope-
 ra ab homine proprijs viribus facta, a justificatione
 impij, hancque tanquam principio et radici, unde in-
 cipiat, in quo fundetur, fidei tribui, atque assignari.
 et hoc intendi ab Apostolo, cum in hac epistola et
 alijs, non ex operibus, sed ex fide affirmat spiri-
 tum seu gratiam, seu iustitiam, a Deo tribui, tribui,
 inquam, ex fide preparante animam, et disponente
 simul cum alijs virtutum actionibus, praesertim
 Dei dilectione, quae actiones ex auxilijs divinis
 collatis ab humine libere operante oritur, non tunc suo
 exporcant, tanquam debitam, sed misericorditer
 non petent gratis condonandam a Deo iustitiam,
 quae a Deo gratiae nomen retinet, ut continuo praeco-
 niam et non ex meritis hominis, sed ex divina mi-
 sericordia concedi et condonari.

Iustitia
 fidei

Iustitia
 caritatis

17.

Si vero roges, quid illa testimonia supra commemo-
 rata, quae operibus tribuunt iustitiam? Non perti-
 nent illa quidem ad primam iustitiam, quam ex-
 plicavimus, sed ad secundam, quae in aetione gra-
 tia consistit. Nam cum primum quis iustificatur,
 iustitiam abq[ue] operibus, quae eam merentur, ac-
 quirat, impius enim nihil meretur, cum eius per-
 sona odio potius, quam premio digna sit, postquam
 autem in gratiam acceptus est, abolita iam impieta-
 te, et reddita dignitate personae, utique iam eius ope-
 ra, ut pote amici, digna sunt, et premio aeternae vitae,
 et augmento iustitiae, seu maioris gratiae. debet
 ergo operibus, quae iustitiam consequuntur, et
 gratiam, fidemq[ue] ^{nunt} supposita intelligenda sunt

Ratione
 dicitur
 gratia

Iustitia
 sine opere

Testimonia
 de iustitia
 augm[en]to



illa testimonia, ^{si} quae sunt eiusmodi alia, quae sane plurima sunt.
 Phi nee igitur sacerdos iustus esse supponitur, cum ex Dei amo-
 re, et zelo gloriae divinae illud opus aggressus esse perhibetur:
 quod ad iustitiam, et ad sortis augmentum illi datum fuit, Vir &
 enim probus, et Dei mandatorum observantissimus, meritis
 illius per opus exequium, quo delinquentes publice, ac nimis inso-
 leniter Dei legem, ministrosque contemnentes, digno supplicio
 afficit, ut Deus illi, et iustitiam auget, et gratiam, Quare
 Dei princeps, et charior Deo, et aeternae vitae dignior haberetur.
 Similiter reliqua testimonia explicanda curant. Viri
 doctissimi, quaeumque licet tradita doctrina sit vera, tamen
 aneo ab alijs difficilis iudicatur, nec omnino admittenda
 quod de Paulum de prima duntaxat iustitia, & vero Jacobum
 de secunda solum modo intelligunt: cum tamen pro-
 babile ad modum sit, utrumque Apostolum de utraque locutione.
 Nam exemplum Daab meretricis apud Jacobum ad pri-
 mam iustificationem pertinere, multis doctores placeat.
 Imo eius doctrina, qua ostendere cupit fidem absque ope-
 ribus non esse satis ad salutem, utriusque sanctificationi con-
 sentanea est. Paulus autem exempla ad utramque
 iustificationem spectantia producit, et praesertim, quod
 de Abrahamo commemorat, non est dubium, quin ad
 secundam pertineat iustificationem, de quo asseruit eius
 gloriam operam ^{um} absque fide nulla fuisse apud Deum. Sic
 enim ait, Si Abraham ex operibus iustificatus est, ha-
bet gloriam, sed non apud Deum. moxque subdit, eius
 opus ex fide procedens, quod procul dubio de augmento
 iustitiae debet intelligi. Imo ambigere non possumus
 eam fuisse huius Apostoli mentem, ut glorificationem ho-
 minis omnino excluderet ab ipsius iustificatione,
 nec minus initia, quam progressum, perfectionemque
 iustitiae ostenderit, non ex humanis operibus, sed ex fide,
 Dei quae gratuita beneficentia pendere. Atque si recte
 verba eius examinavimus supra in hoc capite. cum ver-
 su secundo, ait, ex operibus legis spiritum accepistis an

13.

ex.

De auctoritate fidei de prima justificatione loquitur cum
 autem dicitur quinto, Qui ergo tribuit vobis spiritum illa
 de secunda, seu auctoritate dicitur, ut indicat ver-
bum presentis temporis, cui respondere videtur
exemplum statim productum Abrahami, quod omnibus
non sine causa placeat, de auctoritate scripturae Abrahami
iste, quoniam ex eo loco petitur sit generis nempe est. 6. 15.
ubi iam non erat dubium, quin ille fuisset non dei gra-
tiam multo antequam situs, ex qua benedictionem
intra dea accepit. sic dicitur. 12.
 igitur, si uterque Apostolus de eorum justificatione lo-
 cutus est, videre necesse est, quomodo sibi invicem non ad-
 versentur, cum alter excludat opera, alter vero ne-
 cessaria dicat. Respondeo cum Aug. lib. 83. quest. 9.
 6. minima eos sibi esse contrarios, quia Paulus loqui-
 tur de operibus, que fidem precedunt. At Jacobus de-
 ijs, que fidem sequuntur, quare recte intellecti, unus
 alterum explicat. In pref. Ps. 31. hec Augustini verba
 sunt. Quapropter non sunt sibi contrarie duorum Apo-
stolorum sententia, Pauli, et Jacobi, cum dicit unus,
Justificari hominem per fidem sine operibus, et alius
dicit, inanem esse fidem sine operibus, quia ille dicit
de operibus que fidem precedunt, iste de ijs, que fidem se-
quuntur. Ergo frater, arguit, ex fide Justificatus est
Abrahamus, sed fidem opera non precesserunt, tamen
sequuta sunt. Et prius dixerat, laudo fructum boni ope-
ris, sed ex fide agnosco radicem. loquebatur vero de con-
gno opere in molatione filij, quod et Jacobo commemo-
ratum est, in eundem modum alia Pauli testimonia
explicanda, in quibus favere videtur operibus, nempe
fidem consequentibus, ut illud quod supra posui, non au-
ditores legis iusti sunt apud Deum, (dum scilicet fidem
non profitentur) sed factores legis Justificabuntur per
opera nempe fidem subsequuta, et que spiritu gratia et fi-
dei faciunt. Manet ergo doctrina catholica illesa, Nam

16.

19.

+ vel secundum fidem non vivunt,

10.



per Doctrinam Apostoli Pauli tollitur omnis humana presump-
 tio; dum liquido constat opera nulla hominum absq[ue] fide va-
 lorem habere ad justificationem assequendam; quod et Pelagi-
 um, et Semi Pelagianos, atq[ue] hebreos de proprijs operibus con-
 fidentes, confundit ac reuocit, Item per Jacobi Apostoli Doctri-
 nam instrui mur non ociose inani, mortisq[ue] v[er]si dei credere;
 sed ex ea progredi ad opera, primum, si in statu peccati mor-
 talis inuenimur, vt per actus spei, timoris, charitatis, ac de-
 tertationis peccati ad orationem suscipiendam preparamur.
 Deinde sit amen grati Deo sumus, ut ^{pi} credere sepe possu-
 mus, vt demus operam, satagamus q[ue] per bona opera, et
 iustitiam auerere, et certam nostram salutem facere, atq[ue]
 ita a precipitio nouorum hereticorum recedemus: qui cum
 Luthero, Caluino, et alijs volunt sine ullis bonis operibus
 per imaginariam, nescio quam fidem saluari; imo et ve-
 terum, qui tempore Apostolorum in ea fuerunt heresi; vt
 sola fide sine ullis operibus consequentibus, sine vlla etiam
 mandatorum obseruatione, homines salutem consequuti
 nos predicarent. Est itaq[ue] fides radix ac fundamentum
 omnis iustitię. Primum autem preceedit actus credendi,
 cum dilectione, et alijs actibus preparatorijs ex au-
 xilio supernaturali elicitis. Secundam vero, et prout et
 comitatur, mentium Sanctorum cumulo sequi per pre-
 lucens, habitus supernaturalis fidei.

De act. in
fide. mens.
Hic dicitur
quod dicitur
in scripturis
Hic dicitur
in scripturis
Hic dicitur
in scripturis

55

Theoria. 2.
 Quid Abrahamus credidit Deo.

Peregrin. in Gen. 1. 1. dicitur p[er] v[er]ba, Equidem arbitror ei fidei, quam
 promissa huic diuino habuit Abrahamus, precipue fidei, quod
 ei tributam esse, tres ob causas, 1. quod ea fides perfectissima, ac pres-
 tantissima fuerit. Deinde quod ad maximam Dei gloriam, ea fides
 pertinuerit: ad hęc quod ea fides Abrahami, et in omnibus
 posteris suis quem admodum Deo credent, documentum similit,
 atque exemplum prebuere q[ue] has causas sigillatim prosequitur, et
 vult explicare per q[ue] quartam si libuerit apud eam recolo. eas

21.

29

§

quare et Paulus Rom. 4. cum, ait, in re promissione Dei ^{Rom. 4.}
 Abraham, non heritavit diffidentia, sed confutatus est fide,
 datus gloriam Deo, plenissime sciens, quia quicquid pro
 mittit, potens est et facere, ecce primam et secundam, ter
 tiam ibi — contra spem, in spem credidit, ut fieret Pater mul
 tarum gentium. Ambro. l. 9. de Abrahamo. c. 3. Quid inquit, cre
 didit Abram Deo, quare tanto opere laudatus sit? credidit itaq;
 xp̄m sibi per susceptionem corporis heredem futurum; et ut
 scias hoc eum credidisse, Dominus dixit Joa. 8. Abraham diem ^{Joan. 8. 56}
 meum vidit, et gausus est, ideo reputatum est illi ad iustiti
 am, quia rationem non quesivit, sed promptissima fide cre
 didit; bonum est ut rationem preveniat fides, ne, ut ab homine, <sup>Fides ratione
 tue praevenit</sup>
 sic à Domino rationem videamur exigere.
 Tenim quam indignum est, ut humanis testimonijs de alio cre
 damus, Dei oraculis de se non credamus; imitemur ergo Abra
 ham, ut heredes simus terrae viventium per iustitiam fidei, ut
 ille factus est heres mundi. ^{Hactenus Ambrosius.}

27

Ergo Respondeo Abrahamum credidisse fide perfecta, et pres
 tantissima, omniaque necessaria fuerunt ad iustitiam con
 sequendam à Deo. et credidit in eum, qui iustificat impium;
 credidit, mercedem iustitiae esse vitam eternam, et Dei frui
 tionem; credidit mediatorem Dei et hominum, et mundi
 redemptorem; credidit per xp̄m se Patrem futurum
 omnium credentium, non tantum iudeorum, sed etiam
 gentilium; credidit, vno verbo, omnia quae cum illi Deus
 promittebat vera esse, Deumque potentem ea prestare, et opere
 prestiturum, At quae ad eum credidit mysteria incarnationis,
 15
 Nativitatis, passionis, et resurrectionis xp̄i domini; ut pote
 quae in filio isaaco, quem in parabola, et similitudi
 nem, siue typum et umbram xp̄i domini accepit, non obs
 cure ad modum representata sunt. Verum haec omnia
 primum implicite, deinde explicitè credenda illi proposita
 sunt; prout Deo placuit illi revelare; neque enim semper
 explicita fides omnium mysteriorum necessaria fuit; imo
 etiam hoc tempore non omnino haec requiruntur, quoad

E. locum
Abraham
cap. 12.

Gen. 12.

Gen. 12.

Gen. 12.

Gen. 12.

Gen. 12.

Gen. 12.

Abraham
fides
et promissio

Abraham

aliqua mysteria, aliquas ve personas. Tamen licet hoc elogium
Credidit Abraham Deo etta. tantum inveniatur in sacra
 historia Gen. 15. cap. cum ei promissum est semen, qui heres
 eius futurus esset. Qui egrreditur, inquit, de utero tuo ipsum
habebis heredem. Quibus verbis xpum significavit, per quem
 mercedem magnam nimis ~~promiserat~~ promiserat, consequentem
 nus erat, licet inquam eo loco hoc elogium positum sit, quia ibi
 expressior quam prius de mediato re promissio facta est; et res
 proposita magis ardua videbatur, et difficultis ad credendum;
 tamen idem ipsum subintelligendum est in ceteris omni
 bus pollicitationibus, que vel postea, vel antea (a prin
 cipio vocationis eius, cap. 12.) ipsi a Deo facte narrantur.
 Hocq. innuit S. Iacobus. c. v. sue canonice, cum ait, Et su
ppleta est scriptura dicens, credidit Abraham Deo, et repu
tatum est illi ad iustitiam, et amicus Dei factus est. Hec
 enim extrema verba intelligenda videntur de primo tem
 pore, cum ad gratiam et amicitiam Dei vocatus est; suppleri
vero scripturam, quod aliud est quam, quod alibi non sunt
dicta a librariis, sicut que consulto omitta sunt in vno loco
ex alio subintelligi ac compleri, quare et in c. 12. v. 6. pri
imum edictum est. in te benedicentur omnes cogna
tiones terrae, et in 22. v. 17. dicitur, et benedicentur in
semine tuo omnes gentes terrae. potuit dacer scriptur
 Sabrunvere, credidit Abram, Deo, etta. ut i. Machabe
 Subiectum est his verbis. Abrahamus in tentatione
inventus est fidelis, et reputatum est ei ad iustitiam,
et cetera. habuit semel dixisse, ut sepius subintelligi, possit.
 Niquidem Abraham fides, ut recte Cardinalis Plotius con
 ostendit super Rom. 4. Tempus fuit excellens, et per
 fecta, sed dum per varias occasiones tentata, ac proba
 ta est, maior magisq. enituit, suorum splendorum, ubique
 expargens, et expromens.
 Hec dilata confirmat Abraham. cum ait hoc loco Cre
didit Abraham Deo, exiens de Patria tua in terram, quam
nererebat. Saran nonagenariam, et sterilem, confidens
 esse.

26

25



esse parituram. Et audita repromissione Dei, quod in Isaac
 vocaretur semen eius, ipsum Isaac offerens victimam,
 et tamen de Domini repromissione non dubitans. recte
 talis reputatur fides ad iustitiam, qui legit opera super
 oressus deum non metu sed dilectione promeruerit. 7.

75
 Scio aliter etiam explicari hanc D. Jacobi locum, ut scilicet
 significet, tunc quidem cum narrantur preclara
 gesta Abrahami, et sigillatim excellens opus immo-
 lationis filij, supplementum esse, quod in illo elogio preter-
 missum fuerat, nempe post fidem, siue cum fide opera etiam
 egregia gesisse, quibus iustitiam adeptus, et in amici-
 tiam Dei receptus fuerit, verum, et si hanc expositio-
 nem locus admittat, certe alteram quam proposuimus
 non relictis, sed potius videtur iure optimo potulare.
 Prorsus si cum multis doctoribus explicemus contex-
 tum Jacobi non de secunda, et auctiore iustitia, sed de prima
 etiam, ut superius ostendimus.

25

Illud ad extremum praecertum statendum est, et hoc
 et ad Rom. 4. recte argumentari Apostolum ex exem-
 plo, ac typo Abrahami, nemini contingere, ut iustus
 apud Deum fiat, nisi per fidem, illi enim non opera, sed
 fides ad iustitiam reputata est. Nam opera legis. Scip
 et non habent, cum hec suo tempore lata nondum essent.
 opera legis naturalis, veribus naturae, ac liberi arbitrij
 ante fidem facta nullam habent laudem apud Deum,
 opera vero, quae simul cum fide sunt in homine non
 iusto, verum meritum non habent, quia vero sunt
 cum fide, et ex fide, ex Dei decreto, et gratia talia sunt,
 ut per ea, tanquam per dis. positio nes, tribuat Deus
 iustitiam, qui sua gratia ea opera pro venit, et ob-
 uenit, ut pensa dis. ponatur animus ad Dei gratiam
 suscipiendam, opera vero facta ab homine iam in
 statu iustitiae, et gratiae constituto, merentur illa
 quidem, non iustitiam, hanc enim iam habet iustus,
 sed incrementum eius iustitiae, quae sine fide non

Opera
iustitiae
vultus

AS

potest



Potest consistere, fides enim ut fundamentum, et radix semper necesse
 est, ut in sic robore, et viore consistat, alioquin sublato fundamento
 nullus edificium, et a renti radice nulli fructus existunt. Ita que Abra
 hamo fides utilis fuit, ac necessaria ad iustitiam, seu gratiam apud
 Deum inveniendam; similiter, et ad istam ipsam gratiam, quam
 invenerat ad augendam, Nequa sine fide quisquam, vel ad grati
 am pervenire, vel in ea progredi, ut Sanctor fiat, potuit unquam.
 Sed hoc interest, quod gratia iustificatio nis absq̄ meritis, augmen
 tum pro meritiss^{is} confertur. Digna enim sunt opera eius qui in Dei
 amicitia est, ut premio afficiantur, utque maiorem concilient
 Dei gratiam. Opera vero, que fide non nituntur, cum neque prop
 ter Deum sint, nullius apud Deum momenti sunt. Quam nam ratio
 ne sint propter Deum, qui ne cognoscitur quidem, ut oportet, nec ama
 tur, ut pote ignotus. Sed quamquam augmentum sanctitatis, et gra
 tię in Abrahamo supponat opera, et singulari assensionia, tamen
 scriptor sacer Moyses non operibus illius, sed fidei attributam asse
 nit iustitiam, et gratiam, ut ita, et fidem nobis commendat, et eam,
 non opera, præterea facta, intelligamus ad iustitiam ex Dei de
 creto, et voluntate valere, aut animos præparare.

26.

Tam vero parum, aut nihil refert ad probandum nobis iustitiam
 ex fide assequendam, ac sine fide nullo modo consequendam;
 quod Apostoli argumentum sumatur ex i^a, seu ex i^a iustitia Abra
 he, cum ex uno alterum sequatur, ut fere iam dictum est, si
 enim secunda iustitia, siue auctior gratia non habetur absq̄
 actu fidei, necesse est, ut i^a iustitia, seu infusio gratię haberi ne
 queat sine actu fidei; sicuti è contrario recte colligitur, si pri
 ma infusio gratię sine actu fidei non confertur à Deo, nec
 auctior gratia sine ~~de~~ fide confertur opere precium est. Sed
 et hinc patet parum ad rem facere, si dicatur in historia
 sacra genesis, non de prima Abrahami iustitia sermonem
 esse, sed de incremento eius, ut doctissimi interpretes opinan
 tur ^{supra} ad Rom. 4.3. et genesis 15. 6. Peric. Delrius. Corne, vide
 Folet. Rom. 4. Similiter nihil obstat; imo idè maxime pu
 tatur ab alijs conducere; si dicatur de prima solum iustitia
 elogiū ritud intelligendum. Sed cum dixerimus supra

27.

et.



Rom. 4.3.
 Peric.
 Delrius.
 Corne.
 Folet.

Et Paulum de utraque iustitia et sic et in illo, e q ad Romanos
 Et similiter Jacobum in sua cano. e q nullum videtur ^{in com} in
 modum ex omni, si dicamus nos etiam gentis Auctoritatem
 de utraque iustitia intelligendam esse. Quare sine ulla dis-
 tinctione ubique colligit B. Paulus nostram iustitiam
 ex fide debere procedere, nos q omnes ex fide iustificandos:
 sicut et Abrahę iustitia ex fide processit, et per fidem ille
 qui omnium p̄cessit Pater, et auctor fidei, iustificatus est.

V. 7. Cognoscite ergo, quia qui ex fide
 sunt, y sunt filij Abrahę.

V. 8. Prouidens autem scriptura quia
 ex fide, iustificat gentes Deus, p̄nun-
 ciauit Abrahę, quia benedicentur in te
 omnes gentes.

V. 9. Igitur qui ex fide sunt, benedicen-
 tur cum fidei Abraham.

Varia Translationes.

Erasmus Versu septimo. ^{scilicet} Igitur etta. V. 8. p̄videns
 etta. prius remissam nunciauit Abrahę, benedicentur, in
 quibus, in te omnes gentes. V. 9. itaq qui etta benediciuntur, etta.

Arias V. 8. p̄ euangel. Natat Abrahę etta. V. 9. ad ius dicit
 Syria V. 7. Scitote igitur eos, qui sunt ex fide filios esse
 Abraham.

V. 8. Quum enim p̄scriberet Deus per fidem iustificationem
 in gentes, p̄nunciauit Abraham, prout ait, Scrip-
 tura sancta. In te benedicentur omnes gentes.
 V. 9. Itaque fideles benediciuntur in Abraham fidei.

Scholia.

V. 7. Cognoscite ergo. nata occasione ex V. p̄cedenti



intendit Apostolus falsam opinionem eximere Galatis, quam
Judaizantes crebro sparserant, et in vulgus gentium disse-
minabant, non nisi per legis Mosaeque observationem, ad scrip-
tum quempiam in familiam, et adoptionem Abrahæ.

Porro fieri non posse, ut nisi filij Abrahæ salutem et bene-
dictionem consequerentur. colligit autem ex eo, quod dixit
Abrahamum ex fide justificatum, non ex lege, sed ex fide
aliqui filios Abrahæ, atque adeo heredes promissionum. Atque
itaque cognoscere ergo, et ex hoc testimonio animadvertere,
quomodo debeat intelligi esse filios Abrahæ, quod tanto
per inculcant ad versarij, fidei vobis facere conantes.

Neque enim ex lege, quam ipse Abraham non agnovit,
quia multo post lata est, neque ex circumcisione, que non
cum imperata erat, sed ex fide per quam ipse justificatus
benedictus, et Pater omnium fidelium constitutus est, filij
esse debent, qui Abrahæ filij dicendi sunt.

Chrysost. Theophyl. Olympe. Quando quidem metuebant legem
relinquere, ne quomodo è cognatione Abrahæ exiderent,
in contrarium commutat sermonem, ostendit quod si de concilia-
ri Abrahami propinquitatem.

Hierony. Plenius, inquit, de hoc in Epist. ad Rom. c. 4. disputat,
quod fides reputata sit Abrahæ ad justitiam, non in circumcisi-
one, sed in præputio. Et diligenter observans docet eos filios esse
Abrahæ, qui cumque hac mente crediderint, quia in circumcisi-
one credidit Abrahami, ~~et circumcisi sunt~~.

Qui exultavit ut videret diem domini, vidit et letatus est.
Unde et ad infideles Judæos dicitur, si filij essetis Abrahæ, ope-
ra Abrahæ faceretis. Que autem alia illo in tempore (cum
nunc dicebatur) ab eis opera dominus expebat, nisi in-
credulitatem in filium Dei, quem Pater miserat loquentem.

Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui me misit.

Unde et in alio loco de generis Sibi antiquitate, et nobilitate
placudentibus respondetur. Et nedixeritis, quia Patrem
habemus Abraham, ^{poterit esse} ~~et circumcisi sunt~~.

~~Quia~~ enim Deus de lapidibus istis suis creare filios Abrahæ.



Lapides enim Ambigit ibi deca significare corda gentilium
 que mollita sunt postea, et si dei accepere signaculum virtu-
 tes Abraham, in quibus ante circumcisionem Deo placuit,
 Dilio enim sector ennumera, et quos cuoque in simili opere
 reperens, dicit filios esse Abraham justificati in preputio.
 Qui circumcisionem non ob meritum operum, sed in scionum
 si dei prioris accepit. Etta quae lectu digna omitto ne lon-
 gior sum.

3.

Erasmus transfert Scitis. Hierony. habet etiam cognos-
 citis in textu, et commentario. Ambrosius cognosce-
 rit in futuro. Verbum Graecum et imperativi et indi-
 cativi presentis esse potest, q. d. nam ex hoc testimonio
 Scitis, quod prius nescite vos certum est, alijs alia vobis
 suadere ceperintibus, Hoc tamen verum est, ac certissi-
 mum. Quod qui ex fide sunt (prognati) ij sunt filij A-
 brahe. Spirituales, qui in omni pertinet ad promissam
 benedictionem, ut sequenti versu patebit.

Ex fide. i. fideles. et hellenismus, filij non per generationem
 carnis, sed per imitationem fidei, et spiritus gratiae commu-
 nicationem sunt. hi heredes sunt promissionum, ad hoc spectat
 benedictio, iustitia, et salus, filij Abrahę i. Iusti. Lomb. quo-
 rum esse est ex fide, i. qui ex fide credunt se justificari, et salvari.

4

Ex fide abster alij interpretantur. S. Bruno ex fide esse i. exis-
 tere, inquit, est in fide suum esse collocare. Scaynus ex fide
 esse i. pendere. Sed magis oppositè, ut dictum est. Sicut
 enim qui ex lege legales, ex circumcisione, circumcisi, ex
 operibus legis, operatione legis, sic ex fide fideles dicuntur
 secundum idioma Graecum.

Ex Catharino Salmeron dicit Phrasim esse
 Hebraicam, sicut esse ex veritate, ex Deo, ex lege, ex contentio-
 ne. esse autem ex fide significare dignitatem novi esse
 spiritualis ex fide obtinuisse, sicut Abraham etiam ex fide
 iustitiam est adeptus. Viquis Ex fide i. q. fidei spu. no sola legis natura dicitur.

Diomy. ex fide i. qui per fidem agunt, vel qui esse meriti to-
 ricam habent ex fide. Ansel. qui ceperunt spiritualiter
 esse ex fide.

5. Joannes Baptista filius Abrahę vocat etiam illius imita-
tores. Mat. 23. 9. Potens est Deus ex lapidibus ¹⁵⁷⁵ suscitare filios
Abrahę per fidei nempe imitationem. Sic Chrysost. apud
Joann. 8. 39. Si filij Abrahę estis, opera Abrahę facite. et apud
Luc. 19. 9. loquens cum Sacerdote (gentili; ut censet Ambrosius)
quia hodie, inquit, huic Domus Salus facta est, loquod ¹⁰⁷ ipse filius
sit Abrahę, non certe per legem, sed per fidei imitationem,
que fides perfecta erat, et cum operibus charitatis coniuncta.

18. Prouidens autem, particula hæc pro causali posita videtur.
ut Syriaca versio confirmat loco eius manserunt enim
gr. di. est. declarat itaque huc versus, ac probat, quod in præ-
cedenti dictum est, eos esse Abrahami filios, qui per fidem
sunt ei adaptati, et adscripti. Quomodo autem hoc probatur?
Et ex eo nempe, quod benedictio omnium gentium promissa
Abrahamo, intuitu fidei promissa est; hoc est, illis videlicet,
qui fidei iustificandi essent; non vero intuitu circumcisio-
nis, aut legis: promissa inquam, est imitatoribus fidei Abra-
hamicę, qui vere spirituales eius filij sunt. Prouidens
non solum prævidens, vel præsciens, ut habent alię ver-
siones in hoc minus plene, sed etiam ex prouidentia
et paterna seu benigna gubernatione præueniens, ne quis
minus recte intelligeret, atque ad eum falleretur; Scriptura
metonymicę autor scripturę Deus, Theophyl. Occume-
cæta. seu etiam pater Moser. (Tomb. Gloss.) Dei nomine
scribens; ut placet alijs, Spiritus Sanctus, quo inspirante
loquuti sunt Sancti Dei homines. 1. Petri. ita Salm. Serip.
longe etiam antè cognoscens, quia ex fide iustificat ⁺ prospiciens. et,
gentes Deus: hoc statutum esse Deo firmum, constans
atque inviolabile, ut per sua fide ac preparante animo,
hominum ita demum distribueretur iustitia, et gratia
per xp̄m Iesum dominum, ac Redemptorem homi-
num, et non aliter, nec enim aliam fore decreuerat
ad iustificationem viam. Propterea prænotauit, præ
euangeli. scilicet. ut allusio fiat ad euangeli. tempus
et gratis letissimum nuntium iam præmonstrat.

6

+ prospiciens. et,

7
* (sic reddit Arias
montanus)

Augustissimum, letissimum, felicissimum nuncium iam inde ab illo
 eius tempore, et quo profuturis temporibus, seculis que xpianis
 premissit, atq; certo vaticinio predicendum, promittendum que
 decreuit, Sanctissimo Patriarche Abrahæ, quod gene 12. 3. Gen. 12. 3.
 scriptum est in hanc formam, In te, i. In semine tuo, ut Gen. 22. 18.
 explicatum est Gen. 22. 18. hoc est in xpo, ut infra declara-
 tum est in hoc capite, Versu, 16. benedicentur, i. Justifi-
cabuntur omnes gentes. De benedicere est benefacere, bonaq;
 largiri; iam verò que maior benedictio quam diuinæ gra-
 tiæ clarigitió; qua consortes facit diuinæ nature, heredes
 regni celestis. Antonio matris igitur Benedictionis no-
 mine gratia intelligitur, qua Justificamur. Benedictio
i. gratia.

Hiero. ait, hanc auctoritatem ex Gen. 22. allatam magis
 sensu serua ~~et~~ ^{quo}quam verbis ~~nam~~ ^{nam} Petrus sic et
iam declarat, verbis, quod sepe fecerunt Apostoli, et Luange
 lise veteris testamenti citantes testimonia. Anselmus Anselm.
in te, i. in fide tua, i. in xpo.

3.

Potest etiam sic explicari, in te, velut in capite, et principe,
 seu parente, et fonte omnium fidelium, qui cum que in xpm
 mediatorem crediderint. Promissiones in sacris literis
 sepe contingit, ut non impleantur in persona eorum, quibus
 promissiones facte fuerunt; sed in eorum posteris, propter
 eos tamen, quibus promissæ sunt. Nam posteris in Parentum
 gratiam præstantur; et ipsi Parentes in sua sorte reci-
 pere dicuntur. Ita enim Patribus iam vita functis, in
 filiis, vel negotibus remunerantur à regibus præclara
 belli facinora, que viuentes gesserant. filij enim portio
 que dam sunt, Patris, et in his Pater viuere dicitur. In filiis
reuerentia
in filiis
vult.

In Abrahamo ergo benedicendæ dicuntur nationes; quia
 ipse erat victurus in semine suo, hoc est, in xpo, et in omni-
 bus xpi fidelibus: quod eius spirituales filij futuri erant,
 ex qua cumque tandem essent natione. xpus autem et
 cum diuinitate ac cepit benedictionem abyssum, et ex ipso ma-
 nat omnis benedictio in omnes filios Abrahæ, i. fideles,
 et iustos. Quid quid igitur datum est semini, et posteris
 Abrahæ



Abrahæ

Abrahami, datum est ipsi Abrahamo, cui est promissum, Pudret, ait, Claudius dicere in Isaac aut Jacobo et ceteris Pa-
triarquis de stirpe Abrahami benedictas omnes gentes, ac ne in
ipso quidem Abrahamo, sed in xpo Abrahę et Davidis filio. Se-
quitur ex Hieronymo.

Dionys. benedicentur et diuinarum gratiarum collationem
 recipient om gen. et de omnibus aliqui melius ~~per~~ omnes ~~et~~ qui
 uocationi assensuerint diuinę et qui fidem receperunt, ut sequen-
 ti versu declaratur.

19.

Sa. Mariana, Marti. del Rio inte, et proprerte propter semen
 tuum. Nam per xpm, et propter xpm datur omnis benedictio,
 omnia q̄ bona conferuntur. Sicut enim in Adamo omnes gen-
 tes, nationes, cognationes, familie, tribus, male dicit, et mor-
 tus, ita in xpo benedictę et justificationis vitę donatę sunt.

Apud Acume. Gen. 22. per te, et in te, et per semen tuum, qui est
xpus. Quomodo autem benedicentur, per fidem videlicet, cuius
 antesignarius fuit Abraham:

Ad hanc euangelicam prophetiam respexit xpus Joann. 8.

Dicens Abraham exultauit, ut videret Diem meum, vidit
 gaudius est; innuit theophylactus cum chrysost, ut Hieron. supra.

10.

Notat Cacet, et in gentia bona, in symbolum vniuersita-
 tis bonorum, Deum Abrahamo pollicitum fuisse Gen. 12.

cum eum ex terra Chaldeorum euocauit, in promissum, vi-
 delicet fidei, et obedientię singularis, et eximie, et Prin-
 cipatum, cum, inquit, faciam te ingentem magnam;

que scilicet exte ori etur, ac quabit q̄ numero stellas cęli,
 et arenę maris, et cumulatā erit honore, opibus, dignitate,
 cum aliā, tum legis, et verę fidei: ex qua nascetur seruator,

qui deus simul et homo sit, ac dominus Iudeorum. ut cum
 Ruper. capit. Delrius.] secundum opum abundan-

tiam. unde ait, Benedicam q̄ tibi (et cum benedictio ad om-
 nia bona se extendat, dabo etiam (addit Delrius) tibi filium

et bona fortunę, naturę, et gratię]. Tertium, nominis ce-
 lebritatem, et gloriam. unde additur, et magnificabo

nomen tuum. ut scilicet cunctis sęculis, et orbe toto sit

51

quem Pseudo Apostolorum Prophete illi Legis alumnus iniecerant in corda Galatarum, ut opinarentur ex lege Medoportere, qui haberi vellent filij Abrahami, sicut opere precium erat, si benedictionis et Patriarche promissae futuri erant participes. Conoscite, inquit, vel melius, ut Syrus habet, Scitote, si forte ignoratis, aut in falsam Iudaicantium opinionem inducti estis, Ergo, quoniam de Abrahami fide agimus, quia qui ex fide sunt, et sunt filij Abrahami, fides nimirum, seu fidei imitatio, non lex, facit filios Abrahami, et heredes benedictionis illi, Gen. 12, promissae. Rom. 4. 11. et signum accepit (Abraham) circumcissionis, Signaculum iustitiae fidei, quae est in preputio, ut sit Pater omnium credentium, per preputium, ut reputetur et illis ad iustitiam, et sit Pater circumcissionis, non ijs tantum, qui sunt ex circumcissione, sed ex ijs, qui sectantur vestigia fidei, quae est in preputio Patris nostri Abrahami. Hac praemonitione occupat quod obici poterat de adoptione per legem, simulque praemunit viam ad ea quae dicitur est. ne hoc quasi effugio declinent vim argumentorum, et rationum deinceps subiucendarum.

vs. Subdit max. 8. versum, quasi post parenthesis, redeat ad id, quod in 6. versu dixerat. Sicut Abraham credidit Deo, et reputatum est illi ad iustitiam, id quae declarat ex vero sensu ipsius Scripturae Sacrae.

Providens autem, et haec particula est continuativa coniunctio, ut si, apud Graecos, et provide satis praescius Moyses, ut sacer scriptor, et afflatus spiritus divini et doctus, ac certus eorum, quae in cap. 15. Gen. (Adamas sic exponit, et cum eo Salme) scripturus erat de fide Abrahami, qui credidit et reputatum est illi ad iustitiam, in quo significatum est ex fide justificari oportere gentes apud Deum, hoc inquam cum praesisset, caute ad modum, ut circumspexit, et prudentem scriptorem decebat, atque incommoda, si qua accidere possent, providentem, ac praevententem, iam inde ex capite 12. praevangelizavit ac praevencavit Abrahamo, id quod maxima causa gaudij et spiritualis.

exultationis futurum erat. Inte, inquit, benedi-
centur omnes gentes, & ad huc similitudinem, siue ad
huc fidei imitationem, que exemplum eius, typus que
fidelium, quique, ut insigniter fidelis, clarissimumq; exem-
plar fidei, Pater omnium Credentium futurus es.

Cum Abraham ut, ait, Ambro. Sit forma credentium,
quod de illo dicitur, de cunctis dicitur credentibus, Credi-
dit Abraham etia, et Inte scilicet credente, omnes
credentes benedicentur, Salm. Dixit tunc deus Abra-
hamo Aspice celum, et numera stellas, si poteris eas
di numerare, sic erit sementium, et credidit Abraham

Deo, et reputatum est ei ad iustitiam, Ambro. estimatum
est, Augt. deputatum ~~et~~ et imputatum, computa-
tum, ad scriptum, etia. Hic Abraham fuit typus, et forma
fidelium, atque propter insignem actum fidei, Pater
omnium credentium in xpm constitutus, cum, c. 17.

Gen. dictum est ei, Patrem multarum gentium constitui-
te, et Paulus Rom. 4. 13. Qui contra spem, in spem credi-
dit, ut fieret Pater multarum gentium, sicut scrip-
tum est, (Gen. 15) Sic erit sementium. Ut. S. omnes

gentes, quot quot tuam fidem imitatus fuerint, simi-
liter atque tu iustitiam consequentur, donis spiritali-
bus ornabuntur, gratia diuina (que vera est benedictio)
munere donati, in nouam creaturam electi, ad celestia, que
na que bona vocabuntur. Chryso. Theophy. acume

Ambro. Hiero. Augt. quot sequitur iustitia, Cathari, Scrip-
Lomb. S. Tho. Bruno, Gloss. Syr. Salm. Ansel.

15. V. g. iam ver sum nonum ^{in ver. 9. scholia} ex hac explicatione facile
intelliges, igitur, & itaque. Utaq; est illativa seu collec-
tiva conuinctio, qua dicta prius compendiose colligi so-
lent, vel ex ijs intenta conclusio in ferri, qui ex fide
& fideles sunt. non est in grs sed non in grs ex pre-
sum est. benedicentur grs benedicuntur. Ut tras

transclit εὐλογοῦνται — ut referatur ad hęc
nostra tempora, in quibus scribebat Apóstolus.

14.

15.

12.



ad eos, qui iam conversi erant, & convertentur. benedicuntur retinet Scrip. et Prævidens, cum tamen se
 quatur Vulgatam versionem; Nam Græca Scholia suam
 Lectio nem etiam sequuntur. benedicuntur iustitiz et
 gratiz ornamentis donantur. cum fide Abraham. & ad si
 militudinem, et imitationem, sive ad exemplum Abrahami, qui fide
 obtinuit iustitiam. S. Hiero, quicumque credunt, benedicuntur,
 cum fide (alias credente) Abraham. Qui ob eoriam in eum
 fidem, primus in Deum credidisse narratur (et fidei fuisse dicitur
 documento ante signatus) sicut E. nos ob principalem in Deum
 spem, et inter ceteros eminentem, sperasse scribitur invocare Do
 minum Deum. Non quo et Abel et ceteri, deinceps Deum non
 speraverint invocare, sed quo ex ea parte unus quisq; appelletur,
 quam vel maxime habet. Paronomasiam, quæ in græc. est
 servavit Latinus interpret. Syriac. translatione usus est
 fideles, inquit, cum fide. Prepositio, cum, concomitantiam,
 indicat, non temporis, sed actionis insimilitudinem ac proportio
 ne correspondentis.

Lombardi expositio minus apta est menti Paulini, tum sic ait,
 O Abraham omnes gentes, et non solum Judæi benedicuntur,
 beatitudine æterna in te, & infidelituz conformitate, dum
 enim iustitiam fidei a benedictione distinguit, videtur
 minorem vim tribuere authoritati Scripturæ, eadem
 est expositio glossæ utriusq; cui etiam insistit Syriacus.
 in agis a commodatè dicitur, benedictionem in iustifica
 tione consistere; ex qua justificatione sequitur æterna
 beatitudo, tanquam ex radice fractus. Ps. 35. 1. 2. Beatitudo
 pro iustitia sumitur, ut patet Rom. 4. 7. 6. vide inf. B. non.
 et cum ex ois in te potest intelligi propter fidem, quæ est
 in te vel ad tui imitationem, et similitudinem, in Cyprianum. 1. 2.
 de cultu, qui est in spiritu et veritate. Qui ex fide, scilicet
 uniti sunt Abrahe, et in eius semen adoptantur, non ex carne.
 Cæcæ Manifestat, inquit, gentiles credentes esse filios Abra
 he, non solum imitatione, sed generatione etiam spiri
 tuali, ad hoc enim inducit Scripturam prævidentem Deum,



Justificaturum gentes ex fide. et ideo predicentem, prae
euangelizavit, plus est quam pronunciauit. benedicen-
tur, non carnali, sed spirituali generatione. Mediane
enim xpo filio Abrahae, omnes fideles sunt filij Abrahae
genti ex fide. Igitur, qui ex fide, benedictur in scriptu
ra cum fidelis credente Abraham, cui dictum est tunc be
nedicam tibi, eris q benedictus. In hac expositione hoc
 ultimum videtur alienum a sensu Pauli, ut patet ex
 superioribus dictis.

17

Providens apud Chrysol. et Theophylactum. Præ
videns sicut Erasmus vertit. Sic etiam habet Ambrosius.

Varq; idem esse vult, prae et providens. Notat Chrysol.
 hic in dicari tria. 1. ^{um} est antiquiorem esse fidem lege, quod
 negabant Judaei. 2. ^{um} Justificationem ex fide, quae nunc
 est vaticinio prophetarum esse prædictam. 3. ^{um} gentes
 in cognationem inseri Abrahami per fidem. 1. ^{um} cons

31

tat, quia Abrahamus multo ante legem tempore per
 fidem Justificatus est. 2. ^{um} probatur ex eo quod dici
 tur, præuisum a scriptura, ex fide Justificari gentes
 3. ^{um} ex eo prænuncio, in te benedictur omnes gentes.
 in quo, ut exponit Caietanus supra relatus, insinua
 tur, spiritualis generatio per fidem xpi. Adde ex

proprietate verbi præeuangelizavit, id, quod in euangelio xpi exhibitum est,
multo ante euangelium promissum fuisse Abrahæ
mo. hoc est, 2. notatum a Chrysol. imo et 3.

14

Amb. V. 7. verum est, quia credentes sunt filij Abra
hae, quia si Abraham ex fide Justificatus est pri
mus, quot quot post hunc credunt, filij eius sunt, siue
ex Judaeis, siue ex Gentilibus.

V. 8. hoc dicit, quia forma est Abraham omnium cre
 dentium, ut hi benedicti in eo sint, qui credant, sequen
 tes enim fidem eius, participes fiunt benedictionis
 eiusdem.

V. 9. Manifestum est quia fidelis cum fidei benedictur,



quomodo

quomodo infideles cum infidelibus puniuntur, (ut sequenti versu ostenditur) Adde ~~tu~~ milites cum ante signano, filij cum Patre benedicuntur.

S. Bruno Notandum est, inquit, quod cum debeat probare de benedictione, ait, Justificat ex fide, intelligens, quod ubi procedit Justitia, ibi de necessitate sequitur benedictio. Quod hic vocat benedictionem, idem intelligit, promissionem, testamentum, hereditatem, Præterea videndum est, quod non in contrario ordine ex fide prius habetur Spiritus, deinde Justitia, ad ultimum benedictio, post fidem enim statim datur Spiritus sine quo nemo potest bene operari; de hinc per adjuvantem Spiritum sequuntur opera Justitiæ; post Justitiam sequitur benedictio, id est Justorum operum retributio. Et quia Scriptura sic, ait, per fidem mediante Justitia benedictionem consequi: loquitur ij, qui sunt ex fide, i. qui esse suum collocant in fide, quod utique David, et multi alij, cum essent sub lege, subsistere tamen habebant ex fide; ij utique, quod sunt ex fide, benedicuntur, cum Abraham, non circumciso, sed fidei, i. non per legem, sed per fidem; ex his declarat Lomb. s. Augt ep 144 ad Anastasium sic ait, Lex adducit ad fidem; fides impetrat Spiritum largiorem; diffundit Spiritus Charitatem; implet charitas legem. Envidet dislingui Spiritum à charitate, et à fide. Quid vero nomine Spiritus nisi donum gratiæ supernalis intelligitur?

Justitia autem nomine videtur à S. Brunone intelligi Charitatem, perquam fides operatur, et meretur benedictionem æternam. Alias Justitia convenit cum gratia, perquam homo Deo plenè subditur. et hanc supra diximus esse benedictionem secundum illud Ps. 31. Beati quorum remissa sunt Peccata. Etta. Anselmus.

TEXTUS

V. 10. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim, Maledictus omnis, qui

non

non permanserit in omnibus, que scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

Translationes Variae.

Eras. Nam quot quot ex operibus legis sunt, execrationi sunt obnoxii. Scriptum est enim execrabilis omnis, qui non presiterit quaecumque scripta sunt in lege. manserit in omnibus, que scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

Syria. Quot quot enim sunt ex operibus legis, execrationi subiacentur. Scriptum est enim, execrabilis omnis, qui non presiterit quaecumque scripta sunt in lege.

Aria. Quicquam enim ex operibus legis sunt, sub execratione sunt. Scriptum est enim, execrabilis omnis, qui non permanserit in omnibus scriptis in libro legis ad faciendum ea.

Theoria de coherentia contextus.

1. Caret. probavit ex fide justificationem, et benedictionem, deinceps ostendit non esse ex legis operibus. precessit enim ex operibus legis, an ex auditu fidei?

Justinianus. Antiprophoram. magis, quam lithologiam agnoscit. Arbitratur vero occurri eorum pertinacis, qui benedictionem quidem per fidem in Abrahæ filios derivari faterentur; sed simul per opera legis. quod perperam dictum refellit ipsa legis maledictio. S. Tho. probatam fidei virtute, hunc defectum, seu insufficientiam legis ad justificandum probari existimat, Sequitur, Dionys. ^{scholap.}

2. Quicumque enim, causaliter coniunctio rationem videtur indicare, cur ijs benedictio promissa est, qui ex fide sunt: et non ijs qui ex lege: a lege. nempe, quia ex lege hæc non sit expectanda; cum neminem ab ea maledictione lex liberare



liberare

liberare queat, quam ipsa met cunctis intendit, et quibus incum-
bit eam observare.

Est ita que argumentum à contrario, ita tam longè abest, quæ legis
opera necessaria opinatur ad salutem, à consequenda bene-
dictione Abrahami ex fide filijs promissa; quæ pro benedictio-
ne, maledictionem incurrat, à qua nullis meritis legis va-
leat eximi, aut extricari. Addit porro Chrysostomus, acutè perspi-
ciens vim argumenti in eo esse, ut liberatos velit Apostolus
tyrones fidei Galatas à metu, quem incusserant Pseudo
Apostoli, incurrendi scilicet maledicti, si Legem Moysaïcam
non servarent. Quare retorquet in illos argumentum po-
tius, in quibus, voluntarie se immetendos maledicto, si Legis
sibi onus impotuerint, à qua liberi sunt fideles per xpm.
q. d. fallunt vos vulpini isti Legis assertores, maledictum
committentes non servantibus Legem propositam; illud tunc
vos obstringet; cum Legem amplexi fueritis; quam servare
nemo valet; quæ vero securi estis; cum nihil vobis cum
Lege sit. Mariana omnes, qui Legem servare volunt, sunt
maledicti; si non ex Lege, sed ex fide benedictio.

Valques Quicumque ista legis notitia ducuntur, nec fidei spm
habent, ut eam observent; iam sunt sub maledicto ipsius
Legis comprehensi; et eam incurrerunt; non ergo benedicuntur
cum Abrahamo.

Quicumque, nemo excipitur ab universali provocabulo.
ex operibus legis sunt; i. legis operibus fauent; ea necessaria ad
bitantur ad salutem; Secunda sibi propo^{nunt} seclusa fide; vel
ita legalibus additi; ut ex ijs orti videantur, operum q. Legis
fily iure nūcupentur.

S. Bruno Qui sunt; i. subsistere secedunt ex operibus legis;
Justinianus in ijs spem locant; ijs nituntur, ac fidunt. Alij, qui
à lege faciunt, Legis partes tuentur, Dicuntur ex opere ritibus le-
gis, saluari confidunt; cum dicitur opera legis intelli est ob-
servantias Carnales, seu ceremonias. Anselm. At, etiam
intelligi debent opera moralia, ut docet Valques.

§

Sunt.

Sunt. ~~Quae~~ constant, formaliter pure vel praeiudice. opera vero in
 tollit moralia, Judicialia, et Ceremonialia, [Cathari.]

Cathari non habent aliud esse, nisi ex operibus legis.]

4.

¶ Sub maledicto sunt, i. tantum abest, ut benedictionem
 expectent, quin potius maledictionem timere debeant,
 semper q̄ in eo timore versentur, tamquam sub tyranni
 Dominatione viventes, seu velut sub iniq̄o, et suo hero
 manu praenota signata, compede constricta, seu ferro cer
 vices circumligato. Auḡ. Sub maledicto sunt legis, sub
 timore vult intelligi non in libertate, ut scilicet presen
 ti corporali q̄ vindicta vindicare debentur eos, et infra. Huc quo
 que accedebat, ut in ipsa corporum pena, et etiam ma
 ledictione nominiam formidarent.

Sub maledicto sunt, q̄d non modo Justitiam non consequentur
~~revertantur~~, sed certe penas dabunt acerrimas peccato non servati
 legis obstricti, et condemnati.

5

¶ Caret qui pollere dicit ex Pauli sententia, esse sub maledicto, [Cathari.]
 et non esse Justificatum apud Deum, si quidem ex hoc illud
 probat. Et quidem ita est; Nam quoad culpam, et quoad penam
 est sub maledictione Dei, qui non est justificatus apud Deum.

6

¶ Cathari. Probavit dari spiritum filijs Abrahami, sic et ipsi [Cathari.]
 Patri, ex fide; probat deinceps ex lege nondari spiritum posse.
 Nemo quippe legis opera faciebat existens ex lege, et non ex
 fide; omnino omnes sub maledicto erant, ut legis transgressores.
 Clarius. Qui pendunt ex factis legis, cum non possint unquam
 implere, sub maledicto necessarii sunt.

7.

¶ Si querat quod nam, vel quale fuerit istud maledictum, tem
 porale an aeternum?

Ansel. Sub maledicto sunt, preparati scilicet aeternae damna
 tionis maledictioni ob transgressionis meritum. maledictus
 i. aeterna damnatus maledictione.

Dionys. Sub maledicto, i. periculo transgressionis subiacent,
 quam evadere nequeunt, nisi x̄p̄m agnoscant, et recipiant.
maledictus simpliciter coram Deo, vel reprehensione aliqua
 dignus, dicit hoc q̄ in re gravi, et minima potest resistere a lege;

sed.

sed Resp^o fuisse quidem temporale, quod tamen significaret
 eternum, vel certe corporale, et spirituale, quod cum eterno esset
 coniunctum. Nam sepe, ^{Deus} corporales, ac temporales penas ob trans-
 gressiones legis ei populo inculsit, ut cum eos captivitate dam-
 navit, ut de Babilonica, Dani. 9. 11. Et omnis israel, inquit,
 perquaricat sunt legem tuam, et stillavit super nos maledictio;
 ut super induceret in nos magnum malum, quale nunquam
 fuit. Ugitur cum pena transgressionis imminens transgre-
 sionibus sit maledictio; et haec pena varia sit, sequitur, ut ma-
 ledictio non unum, sed multiplex malum significet, et in-
 ducat; inducebat itaque temporalia mala illa, quae ex-
 pressa sunt Deut. 27. et 28. sed non penitentibus illius exe-
 crationis, dum inducebat speculum, quo in extremo Judi-
 cio feriendi sunt haedi ad sinistram iudicis stantes, ^{ducentis} male-
 dicti etiam. Quia vero sunt in peccato digno tali maledictione,
 sub maledictione non immerito dicantur esse. Quare ope-
 rum legis fautores cum sine spiritu fidei fautores non sint,
 sed transgressores ipsius legis, sub maledictio sunt compre-
 hensi: videlicet sub maledictione legis, maledictum cogi-
 tur et culpam et penam complectitur.

Scriptum est enim, Probat testimonio, sc. ex Deut. 27. id
 quod dixit, maledicto subiectos esse legis affectatores.
 Verba sunt Levitarum iussu Moysis maledicta pronuncian-
 tium, excelsa voce stantibus tribubus ^{partitis} in monte Ga-
 rizin sex, in monte Hebal sex. Maledictus omnis, qui non
 permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro
 legis, ut faciat ea. Maledictionis damnatione ex hoc
 iam momento intelligat se fuisse multatum, maxi-
 mus quae calamitatibus additum, qui conque recesserit ab hu-
 ius legis, et omnium, quae in ea mandata sunt, observa-
 tione; universique, qui haec vobis intimata, et prescripta
 ad unguem omnia non adimpleverint, ex exerationi
 subiciantur, penaeque a deo infligendis, quae innumerae
 sunt, et intolerandae, obnoxii sunt.

¶ Notandum cum Hieronymo illas particulas universales

9.

10



omnis, et in omnibus, in Hebreo textu minime extare. Quare et ipsa vulgata nostra lectio, quae est ipsius Hieronymi, sic habet. Maledictus qui non permanet in sermonibus Legis huius, nec eos opere perficit; Nihilominus ipse arbitratur malitia Iudaeorum deletum, quod ipse pro iudicabat, ne videretur sub maledicto esse; et ut hoc suspiceretur, inducitur ex septuaginta translatione, et Samaritanorum voluminibus Hebraeis, ubi legitur omnis sive omnibus, et quia non addidisset Paulus Hebraea lingua peritissimus, quod in textu non reperisset. licet quidam Juniores in indigita propositione dicant includi (universalem), ut alius sit in ss. ita Adam. Justinianus.

Varia lectio
nis ratio

in latinum
aliqui aliam
universalem
Adamus
Justinianus

Notat deinde idem Hiero. hic et supra versu octavo Apostolum non tam verba, quam sensum citare; cum sententias producit Veteris Testamenti; quod moris est aliorum Apostolorum et Evangelistarum.

Hieronymus

3. Notat in illis verbis permanerit, et ut faciat ea videri Macrologiam sermonis, brevis enim diceretur: Maledictus qui non praestiterit omnia, quae Lex praescribit. Illud, ut faciat, videtur iam dictum in verbo permanerit, verum quod in idiomate Latino, vicium redderet in Hebreo eleganter effertur. fidelis autem interpres non tam sermonis, quam veritatis, Leges in interpretando sequatur oportet. Quamquam S. Brunoni nihil redundare visum est, qui in verbo permanerit actionem internam voluntatis: in faciat externum opus agnoscit; nec enim satis est nuda voluntas, nisi ad opus perveniat.

Macrologia

Interpretatio
numera

Bruno

Voluntas sine
opere non valet

II. 94. Nota. Neminem potuisse totam illam servare legem; ratio est quam adducit Casseianus; quia sine gratia impossibile servare universalem Legem; quod testatur Apostolus Petrus Acto. 15. 10. Non enim potest homo servare legem Vio Num. ergo tentatis Deum, imponere iugum supra cervicis discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus. 7. Eiusmodi enim illa erant Legis praeccepta, ut non tam ad literam impleri possent, quam dominus

Act. 15. 10

Non potest
servare legem

Patres
nostri

neque nos
potuimus

tenere



tenere homines arrogantes quorum ea erat superbia, ut iac-
 tarent in solentis; non qui impleveret, qui iuberet, opus esse.
 Nonne elationem indicant animi illa verba omnia quae lo-
 cutus est Dominus, faciemus, et erimus obediētes. et illa li-
 bera responsio, Amen, post maledictiones, Deut 27 et 28 expo-
 sitas ad versus legis praevaricatores; Tam erectas cristas, tam
 immane supercilium deici, atq̄ deprimi oportebat; ut sic
 suam agnoscentes fragilitatem, atq̄ impotentiam clama-
 rent ad Deum, expeterent q̄, et exposcerent Xp̄m; qui
 solus poterat eos à maledicto liberare, ut in gradit Ap̄s-
 tolus. Quod si obijcias, Nunquid illi sancti Patres, et pro-
 phetae veteris testamenti, Legem non servarunt? Num
 illos sub maledicto etiam fuisse dicemus? Respondeo Moysen,
 Josuem, Samuelem, Isaiam, Hieremiam, et reliquos
 veteris testamenti Patres, qui sanctitatem praelexerunt,
 non vi legis, sed fidei eo peruenisse, ut Justitiam et Sanctimoniam
 admirabilem consequerentur, impleteq̄ eos, notam ad Lite-
 ram, quam secundum Spiritum, praecepta legis; itaque per fi-
 dem Jesu Christi, quem promissum sperabant, exemptos ma-
 ledicto legis: quae tamen, quantum ex ipsa erat minas
 iactabat, penas minabatur, supplicia inferebat, omnes q̄
 sub maledicto, quasi sub hasta, tenebat oppressos timore;
 ad sui vero observationem auxilium nullum, opem, nemi-
 nimam quidem prestabat: quo circa certissimum id habe-
 tur, Legi obnoxios, et maledictioni perinde suppositos fuisse,
 nisi aliunde subventum fuisset, nempe ex fide. Non adhibet
 tamen hanc exceptionem Apostolus; quoniam de vi, aut
 potius de debilitate legis per se, ac seorsum sumptę dissererat,
 sic autem non Justitiam, non gratiam dare, sed peccatum
 inducere, et penas exigere, magis apta erat. Quare in epist.
 ad Rom. c. 2 et 3. Neminem exclusum fuisse sub Lege
 à peccato, t. ex ipsius legis testimonijs, Satis abunde pro-
 bat, Non est, inquit, V. 10, Justus quisquam, non est in-
 telligens, non est requirens Deum, et ita intellige con-
 siderato statu legis, in quo, nisi supra legem, hoc est, per fidem Xpi,

nemo potuit bene operari aut à peccato liberari.

Textus

V. 11. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide vivit.

V. 12. Lex autem non est ex fide: sed, qui fecerit ea, vivet in illis.

Varia translationes.

Et ras. quod autem in lege nullus iustificetur apud Deum palam est; si quidem iustus ex fide vivit; lex autem non ^{est} ex fide; sed qui fecerit ea homo, vivet in ipsis.

Syr. Quod autem nemo iustificetur in lege apud Deum illud est manifestum, quando quidem scriptum est, iustus in fide vivet.

12. Lex autem ex fide non est, sed quis quis presterit ea, quæ in illa scripta sunt, vivet in eis.

Ari. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum manifestum; quia iustus ex fide vivet. 12. At lex non est ex fide, sed faciens ea homo, vivet in illis.

scholia

Quoniam autem, Argumentatus est Paulus ~~in~~ in hunc modum, omnes maledicto sunt comprehensi; qui legem totam non prestant, ut ipsa lex comminatur; sed nullus est, qui totam prestat legem; ergo omnes

maledicto

maledicto sunt obstructi. conclusio cum maiore premissa, exposita sunt versus decimo precedenti, minor non tam exposita, quam subintellecta, hanc igitur declarat, et probat in presenti versus undecimo. cum, ut manifestum proponit, nemini ex legis operibus Iustitiam, que apud Deum est posse contingere. Quippe cum ex ipsius testimonio legis, constat ex fide vitam gratie, siue anime iusto esse, ex legis autem, etiam plena observatione non nisi vitam temporalem.

Quidam arbitratur Argumentum procedere per concessionem. q. d. Apostolus. esto quis pius, qui totam legem obseruet ad unquam, licet hoc nunquam fuerit, neque futurum sit, tamen ad presens concessum volui; nihilo minus dico illum ipsum minimè per legem Iustitiam ascuturum apud Deum. curita? quia ex vi fidei, quasi ex dono Dei, Iustitia et gratia; ex vi legis, siue ex operibus ex prescripto legis factis euasio supplicij et mortis temporarij duntaxat exemptio provenire potest.

¶ *in lege* In lege nemo justificatur.
 Maria. novum argumentum, nemo justificatur iustus ex fide vivit, At in lege nihil de fide, sed de opere; qui fecerit, ergo lex non justificat. At ex maledictione illa legis xpus nos liberauit.

Notandum circa singulas voces, Quoniam, non est casualis, sed pro, quod ponitur, ut habet Erasmi, et Syriaca translatio, que particula parum servit elegantie in Latino idiomate; quam, ut effluant, ad infinitum modum confuunt, qui purius Latine loquuntur, ut si dicas, Neminem autem iustificari ex lege apud Deum planum est, in lege pro ex i. ex vi, et potentia legis, vel intra metas, et prescripta legis, i. seclusa fide a dono Dei, per solam et materiale, (ut sic dicam) legis observationem, et consequenter, per solam legem (sine xpi fide, et gratia) et actus eris exterioris. Iustificatur i. iustus fit, ac declaratur apud Deum; i. Divino iudicio examinatus. Nam apud homines multi opinionem Iustitie comparant, et Iustitiam reputantur ex eterna legis observantia, nam verè, nam falsò, ut infra explicabo. Manifestum

+ In lege. i. per notitiam legis, quippe notitia non dat sibi ad xilium ad implenda legum vel per observantiam que observatio non est sine auxilio gratie. hoc autem deus solum non per fidem solum cum de datur.

Seu



+ Scriptura sacra

Seu ~~placuit~~ palam est, ipsa nimirum clamante
 per Habacuc. c. 2. v. 4. quia iustus ex fide vivit, i. vita iusti
 hominis, quatenus iusti; quae ipsa iustitia est, ex fide, iusto
 datur. Ad enim primum est in iustificatione, ut fide inha
 beat, Deoq. testanti credas. Accedentem nimirum ad Deum
 oportet credere etiam, Heb. 11. 6. Sic xpus Joann. 6. Qui credit
 in me, habet vitam eternam, et sic. 7. si fides tua te salvam
 fecit, et sic. 11. 23. qui credit in me etiam si mortuus fuerit
 vivet. ^{Textus.} ~~Ex autem non est ex fide, sed qui fecerit etiam~~

A. ~~U~~

S. Bruno, quem etiam sequitur Cornelius, sic ordinat
 cum probatum sit primum ex Abrahami exemplo, de
 inde ex Moysis execratione; nunc ex Habacuc autho
 ritate, ac testimonio probatur iustitiam, et bene dictio
 nem haberi ex fide. praesertim autem fides Legi, et per
 Abrahamum, qui fuit ante Legem, et per Moysen,
 qui fuit eiusdem dator Legis, et per Habacuc, qui sub lege
 vixit. explicat autem sic, homo ex fide iustus fit et
 vivit; non ergo ex lege; nam lex nec fidei est necessa
 ria, nec fidei. nullum affert adiumentum, ab alijs
 sic explicatur. Lex non querit fidem, sed opera. Vi vi
 uas sub ea, q. d. licet fide careas, modo, quae lex im
 perat, feceris, viues sub eius ditione, ac que imperio.
 Diversa enim est natura Legis à natura fidei, et desti
 natus ~~est~~ utriusq. ratio, ac definitio. Augustinus Lex
 à natura fidei, et dicitur ~~multa~~ id est, opera Legis, inquit,

+ Lex non est ex fide, i. non
 est data cum fide, sed mul
 to post tempore. videt si
 ne lege iustitia datur ut
 data semper fuit anteq
 lex esset. Quare lex ope
 ranti vitam primum no
 iustificationem, qua fidei
 est, non legi propria.

non sunt. i. non proficiuntur ex fide, quae supponitur
 ut certum. Nam, ut fides potest haberi absque lege,
 ita lex potest esse sine fide. Leges enim Laoco
 num, Atheniensium, Romanorum absq. fide erant,
 sed qui fecerit (ut habetur, Leuit. 18. 5. et Ezechiel. 20. 21.) ea
 i. opera Legis, vivet in illis, i. per illa. vitam conservabit
 humanam, scilicet et temporariam. Neq. enim aliud pres
 tat observatio illa, nisi, ne incidat in mortis reatum
 transgressor Legis propositum; vel certe, ut dicitur protra
 has huius saeculi dies, iuxta illud Exod. 12. Honora Pa

S.
 Potest etiam sic ex
 phicari. Lex non est
 ex fide, quam Chris
 tianitas nec ad cam po
 terat. Moyses enim de
 dit legem, Chris. fidem
 Moyses dicitur, Chris. ve
 ritatem, Moyses spiritu
 timoris, Chris. spiritum
 gratiae et charitatis, tang
 cum fide Chris. ma datur
 gratiam gratia, cum lege
 non est datur. Quapropter
 sacramenta Legis in primo atq. aeterna dicuntur,
 cum fidei Christiana sacramenta sint aeterna
 et gratia, quam abundanter continent et conferunt.



ut

Uti si Longo uis Super terram.

Theodoretus, Lex autem, inquit, non est ex fide, sed qui fecerit ea homo, & uiuet in illis, & Lex non querit fidem sed actionem, et est, qui eam seruant vitam promittit.
Lex non exigit, quod fides, nempe ut credas, sed ut facias, quod non semper exigit fides, ut in parvulis.
hoc magis explicatum Rom. 10. a uersu sexto usque ad decimum ut in fra videlicet, Thes. 4. §. 5.

Chrysost. Non tantum fidem requirit Lex, sed opera que que; Gratia uero ex fide seruat, ac justificat, q. d. non impletur Lex per solos actus credendi; sed necesse est, ut adiungas opera exteriora, que ipsa prescribit; ut ita impleatur, quod tamen in fide non semper requiritur. Nam si per actus fidei, et dilatorius interioris dispositus sis, statim accipies gratiam a deo, qua justificeris, ita patet, quid sit illud, Lex non est ex fide & non impletur credendo solum, sed opera faciendo prescripta a lege. hoc significat illud, sed qui fecerit ea, uiuet in eis. que auctoritas non induci uidetur nisi ad indicandum opera necessaria ad impletionem legis; non uero ad indicandum premium ex precipua, et primaria intentione. Quare non magis refert, si hoc premium sit temporale, uel eternum ad presentem discussionem, neque in eo vis facienda. Uat ab. et Clarus.

Valques sic connectit. Non benedicentur cum fidei Abrahamo, qui legis sola notitia ducuntur, nec spiritum fidei habent, quo Legem obseruent. quia sunt maledictione legis obstricti, siquidem eam non seruant. Nemo autem sola notitia legis, et sine spiritu fidei, justificari potest apud Deum Legem obseruans, et sic eximens se a maledictione lata contra non obseruantes. siquidem manifestum est ex testimonio Habacuc, Justum ex fide uiuescens uita scilicet justificationis; quam tamen Lex, seu legis notitia sola dare non ualet; cum hęc duo inter se maxime differant

nec



nec idem sint Lex et fides. duntaxat vero Scriptura hoc dicit. qui fecerit ea, quae in Lege Scripta sunt, cum victurum vita spirituali; sed ex ipsius quidem observatione; quae observatio, cum sine fide non potest esse, patet eum qui so lam notitiam Legis habet, non benedictionem assecuturum cum fidei Abrahamo, sed maledictionem potius incursum, tamquam Legis prophanitorem et reum. Quod si is velit evitare maledictionem transgressori Legis propositam, non contentus Legis so lam notitiam habere, Spiritum accipiat fidei, quo Legem observet, Hoc autem ex xpi gratia habendum. Ut sequitur (versu decimo tertio) Hactenus hic Doctor conegie Sanon — cuius sententia. hoc syllogismo de Clarator. Lex maledicto subdit non observantes, sed ne non debet, observat, si quidem nemo ex eius observatione Justificatur apud Deum; quia Justificatio per fidem est teste Hebraeo, et non per Legem; cuius observatio, sine vera fide, Justificaret, ut ipsa dicit Scriptura per Aechias. Tortur qui Legi subditur subditur est maledicto, contra, et maior est versa decimo, minoris probatio versa duodecimo, ipsa min veru

~ Super illud V. ii ~
In lege nemo Justificatur apud Deum.

Theoria. 1.

8. Circa illa verba in lege nemo Justificatur apud Deum queri solet Utrum haec propositio vera sit nec ne? In omni Lege homo salvatur. Utr. cum distinctione hac, si propositio in, notet tempus, esse verissimam de Lege naturali; Scripta, et evangelica: in Lege enim naturae Salvus factus est Abel, Noe, Abraham etc. in Lege Mosayca seu scripta, ipse Moy ses, Aaron, Josue, David, etc. in Lege euangelica Petrus, Paulus, Andreas etc. si tamen, in, vim et potentiam Legis insinuet, dico esse falsam, et hereticam. nulla enim Lex praeter fidem, ac perse sumpta, eam vim habet, ut iustificet apud Deum; sed hoc praei legium est fidei Divinae.

+ Ratio est, quia Lex esse non supponit, ut ad elidendum actus qui ad emissionem peccati est iustitiam obtinendam de peccato, etiam si illud pro seipso, ut pro peccato non videtur.

Cap. 3. Ver. 11. & 12. Theor. 1. & 2. De justificatione non per legem sed per fidem

De ea, et per eam iustitia, et salus manet a Deo in hominem fidelem
iustum. Fides vero non nudam, aut mortuam intelligit, sed per dilectio-
nem operantem. Animadverte autem tripliciter dici iustitiam, seu
probritatem. Nam aliquando falso sibi homines attribunt iustitiam.
ut Luc. 16. 15. dictum est quibusdam, vos estis qui iustificatis vos ipsos
coram hominibus; Deus autem novit corda vestra. Et Isaas 5.
23. iustificatis impium promunentibus. his locis falsa iustitia indica-
tur. est altera iustitia vera, sed imperfecta, ut ea, quae existit ex
observantia legum, et preceptorum, etiam naturalium, extra fidem tamen

Dei fieri non possit, ut quis quomodo omnia impleat quae leges praecipunt. de
hac iustitia intelligit solent illud Mat. 5. 20. Nisi abundaverit iusti-
tia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum. et Rom. 10. 3. suam iustitiam statue-
re querentes. haec dicitur iustitia operum. est vero imperfecta, quia nec
a peccato hominem liberare, nec Deo reconciliare valet; habet tamen
laudem apud homines, non vero apud Deum, cum sit in peccatore. Ter-

tia igitur iustitia est, ac perfecta, quae peccata remittit ac Deo reconcili-
at, haec vero ex fide emanat per dilectionem operante. De hac intelli-
gitur a solent illud Gal. 5. Apud Deum neque circumcisio, neque
preputium aliquid valet, sed fides quae per dilectionem operatur
quod nulla iustitia operum legis, siue moralis apud Ethnicos, siue
ceremonialis apud Iudaeos, valet hominem a sceleribus purum, et
Deo gratum reddere; sed una fides per charitatem animata, et ope-
rans: quae apud Deum laude digna est, et gloriosa. Hinc constat
quomodo dicat Apostolus, neminem ex lege iustificari apud

Deum; quia nempe iustitia vera, et perfecta ex fide existit, sic Rom.
4. 2. Si Abraham, inquit, ex operibus iustificatus est, non ex fide
habet gloriam, apud homines ex iustitia imperfecta, sed non apud
Deum, qui requirit iustitiam fidei, et hanc ipse habuit, ut scriptura
dicit, credidit Abraham Deo et reputatum est illi ad iustitiam.

Et conformare
se legibus, siue
humanis, siue
naturalibus: ex
quarum obser-
vatione, et im-
pletione, iusti-
tia vera, sed im-
perfecta illi tri-
buatur: licet
aliquis de et gra-

+ Ex fide magis non pro-
cipitur, sed ex caritate
hoc non proceptione
fidelis, sed alius dispo-
nit ad iustitiam, et pro-
cipitur dilectionem non
iustitiam fidei sed opera
dilectionis

Theoria 2

Super illud Ver. 11. Iustus ex fide vivit.

Circa septimum in Habacuc. ad verum in Hebraeo legi in fide sua septuaginta

autem



aut in futuro effertur, cum idem proprius sit sensus, siue dixerit Iustus
ex fide vivit, siue vivit, utrumque enim tempus alterum includit
 et presens futurum, et hoc illud, quia per modum usus accipitur et
 quod fieri solet, vel semper fit, per presens vel per futurum in dis
 criminationem pronuntiatur. Itaque in eodem sensu dicimus, Nemo Jus
tificatur apud Deum nisi per fidem, et Nemo Justificabitur etia. Ita
dixit (Vates qui incredulus est, non erit anima illius recta, si qui
 non credit, non habet animam rectam, vel qui non credit, non ha
 bebunt animam rectam, Res est nota) Iustus vero dicitur (inquit
 Rubera apud Habacuc) non tam qui iam est, quam qui esse vult.
 q. d. qui futurus est. Iustus, siue qui Justitiam expectat, vitam gra
 tiae: Justitiam per fidem habeat necesse est. Hic loquendi modus
 vulgaris est in omni fere idiomate, et lingua, et sermone. Ita
 medite, trabaje mucho, si loquere ser, Monachus renunciet mun
 do si, scilicet, vult talis esse. 2 Timotheus Nemo militans deo implet se
 negotijs Secularibus, et qui vult militare deo. Matth. 20. Adorans
 et petens, et petere intendit. Hora 1. ep. 2. Sponsi Penelope, qui
 volebant esse, sed non erant, Ined. 1. et gener auxilium Priamo
phrygijs, bus q. ferebat, ubi servus gener dicitur, et qui est, et qui
 esse vult. Sic Maritus Ined. 4. Quos ego sum totam tam de dignitate
 maritos, Hec Rubera, ut confirmet tam prophetam quam Aposto
 lum locutos fuisse de prima justificatione, non vero de secunda,
 siue de gratia, et Justitia conservatione. Nec enim probat eam
 consequentiam, Vita gratia non potest conservari sine fide, ergo
 in prius Justificatur fide, hec enim collectio oppugnatur ex illa
 Simili; Vita gratia non potest conservari sine operibus, et siue
 mandatorum decalogi impletione, ergo in prius Justificatur
 ex operibus, quod Paulo et Catholicis doctrinis repugnat, quo
 modo hoc sit intelligendum videtur ex to supra dictum est. Itaque
 quod Paulus dicit Altermani festum, cum ambagebus et discor
 sum incerto, implicandum est. Dicit vero mani festum ne
 minem ex Lege Justificari, quia Iustus ex fide vivit, Nonne
 videt hanc probationem, et sic manifesta collectio, seu illatio,
 de prima justificatione intelligi oportere? Similiter loquitur
 de prima Justitia Rom. 1. Justitia inquit, Dei quae scilicet Justificamur

12.

13.

apud.

+ revelatur,
 et aperte ha-
 bitur, cum olim
 obscurius
 eam docerent
 prophete. re-
 revelatur in
 quomodo

apud Deum, in iis, & in euangelio, in hac noua leui Doctrina, reue-
latur, inquam est qui transeunt ex fide implicita, qualis erat in
 Veteri testamento, in fidem explicitam, qualem profitemur
 in nouo; sive ex fide qua credebatur xp̄us venturus, in fidem
 qua creditur nam advenisse; Sicut scriptum est, Iustus ex fide
viuit, in quo uis. Sicut statu ex fide Iustus Iustitiam que
 est uirtus animę, obtinere, et non ex Lege. Eundem sensum
 retinuit Apostolus, Hebręos. 10. Cum, ait, Notate itaq̄ amittere
Confidentiam uestram, que magnam habet remuneratio-
nem, Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem
Dei facientes reportetis promissionem, Ad huc enim mo-
do cum aliquantulum q̄ qui venturus est & xp̄us dominus
nostrer et bonorum remunerator, ueniet et non tardabit.
Iustus autem meus ex fide uiuit, q̄ d. non potestis de hac
 ex dubitare, sed ita credere, si quidem ex hac fide iustificatus
est, quod si subtraxerit se, non placebit animę meę. Sic enim
 dicit Deus per Habacuc, itaq̄ si uos a fide subtrahitis, et ad
 infidelitatem deficiatis, non placebitis Deo. imo grauius eum
 offendetis. firmiter autem credentes cito uenturam esse
xp̄um, facite omnia perseuerate, et in laboribus perdurabi-
ti. Ad eo aduaxit, Nos autem non sumus subtrahentes et
 & in credulitate filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem.
 Pro nomen meum non est in propheta. ex hoc tamen non va-
 riatur sensus, quem ad amblym seruauit Apostolus, est
 enim Apostolice consuetudinis sensu seruat scriptura dele-
ris sententias additis, aut detractis uerbis referre, notat li-
bera Habacuc. 1. N. 14. meus autem Iustus & qui anime Iusti
catu, significat.

14

Restat videamus, an contextus prophete Habacuc paratur
Sunt sensum, in quo profertur ab Apostolo, quod mihi non
est dubium. Et res pondit mihi dominus, et dixit. Scribe ui-
sum (seu uisionem, quam h. b. ostendit, ne semel audita
excidat memoria) et explana (i. sine ulla obscuritate abiq̄
ęnigmati, aut in uolueris, ac grandioribus, perpiciuisq̄ literis exana)
super tabulis buzeas, vel areas ut percurrat & facile et sine
hesitatione

hesitatione pertranseat, qui legerit eam. Cum hec res magna sit, et mag-
norum questionum, difficultiumque solutionem contineat, ut nemo non
legat, iubetur vates aperte scribere. Quia adhuc visus propecul
(non tam cito implebitur, opus est, ut tabulis commendetur; pro
procul, alij ad tempus constitutum et predictum per Danielem. ca. 9.)
et apparebit in finem, tandem tandem orietur, euertit, alij in finem et nouissi-
mo tempore, et tempore euangelij, ut Joann. ep. 2. Novissima hora est.)

Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet
et non tardabit. Hec est propheta scribenda in buxo, sed
simul, aut maxime in corde. 7o. Cum priora ita vertissent, vnum
quia adhuc visio in tempus, et orietur in finem, et non in vacuum;
posteriora, que immediata sequuntur, sic reddiderunt. Si defe-
cerit, sustine eum, quia etta. Si roges quare cum reddide-
rint, cum precesserit visio Gra. ὄσαθίς Respondet, consulto
fecisse; quia pronomen illud, non visum, aut visionem refere-
bat, sed xp̄m, qui venturus expectabatur. Est enim xpi nomen
veniens, seu venturus, vel expectatus, cum absolute, et sine subs-
tantivo ponitur. Quod ex varijs scripturis sacre locis constat Gen. 49.
Ps. 117. Matt. 11. Acto 10. Itaq; Veniens, et si participium sit, pronomi-
ne ponitur. 7o. ἔσθ' ὁ μένος. Paulus addit articulo ὁ ἔσθ' ὁ μένος
et Matt. cit. ὁ ἔσθ' ὁ μένος. ille venturus seu qui ventu-
rus est, Neque verò est eiusdem verbi geminatio ad amplificationem,
ut alias fit, quia hec non fit per participium, sed per infinitivum, quod
reddi solet per Gerundium, Veniendo. Veniet, indocti ergo
authores punctorum in Hebreo notarunt, וָבֵי . Venire, pro
וָבֵי . veniens, ut docet Paulus Hebreis loquens. Hoc igitur scri-
bendum fuit, si moram fecerit xpus, qui expectatur, patienter
expecta eum; quia veniet, et non tardabit, preter tempus sta-
tutum non morabitur. Tardare enim ille solum dicitur, qui tempo-
re prescripto non venit, ut constat, et ostendi potest ex multis lo-
cis. Vide. 2. Pet. 3. Exod. 22. Job. 9. Hunc locum ita de xpo exposu-
it Iusebi. lib. 6. de demonstratione euangelica. c. 19. et Theoph. et mul-
ti alij. Hunc verò sensum aptissime conuenire cum ijs que

precesserunt, perspicue videbit, quicumque attentè consideraverit,
per hanc prophetiam satis fieri mirabiliter querimonie, quam, capite
primo precedenti vates proposuerat. Conquestus erat propheta pius
ab impijs vexari, pauperes potentiorum ^{Adversus} ^{Christo} ^{faci} ^{quor} ^{um} ^{bona} ^{et} ^{divi} ^{na} ^{de} ^{derit}
tur opinio de providentia Divina, et rerum humanarum cura rectag
gubernatione periclitari. Respondet autem Deus venturum Xpium
qui omnia ad amissim appendat, atq; ad æquitatem reducat, libe
ret suos ab inimicorum tam visibilibum quam in visibilibum
insurijs, pijs q; et impijs promeritis reddat, vel supplicia, vel premia,
que certè in primo suo adventu inchoavit, et in secundo perficiet.
Ut ex multis ^{et} ^{ss} ^{locis} ^{planum} ^{fit}, ut satis probat ^{Altera} ⁱⁿ ^{Ha}
bacuc, et Paulus satis indicat in ijs locis, in quibus hanc profert
prophetæ auctoritatem.

16.

Ex His patet non rectè interpretatos fuisse, aut Paulum, aut
Habacuc, illos qui dicunt Prophetiam supra positam intelligen
dam historice de Judæis, qui Babilone captivi tenebantur, qui post
70 annorum tempus, expectare iubentur liberationem, per Cyrum:
mystice verò de Xpō intelligi posse, atque adeo à Paulo non tam
ad literam, quam per accommodationem applicari, et tanquam
exemplum proponi xpianis in laborum studio currentibus,
quod olim dictum fuit Judæis in captivitate vinculis laboran
tibus. Sic Gasp. Sanchi cum alijs recentioribus. Rationes vero
quibus inductus est, ut hanc sequeretur opinionem, nullam
viem habent. Nam, ut ij quos hortatur Divus Paulus ad patientiam,
Heb. 10. non victuri erant usq; ad adventum Xpi ad iudicium, et
tamen illius adventus recordatio apta erat medicina laborum
presentium; Sic recordatio venturi Messie Judæos qui in eius
expectatione erant, consolationi erat; licet ipsi iam ex hac vita
profecti venturus esset. æque enim ad omnes, qui in Xpium crede
rent, illa consolatio spectabat. Neque verò obscure Vaticinium
propositum fuit, cum omnia Xpium sonent. Si moram fecerit
Quis, nisi expectatus Xpūs? expecta illum, Nimirum qui in
omnium ore erat, qui umbris, figuris, ty pis, prophetis vocibus,
quotidie designabatur, indicabatur q; Xpūs; et apertius, cum sub
ditur, Veniens, seu venturus; Xpūs veni et cetera

excluditur
ex pō Gasp. Sanchi

Nec

Nec verò novum, aut inusitatum in prophetis à re presenti elevatū
 ad prophetiam de re futura ut ipse facit; qui propterea timide
 in ore suo est hanc viam, cum Graecorum, Doctorum, et Sanctorum
 Patrum magis tritam pedibus videret aliam, quam nos tenuimus,
 cum Reb. Salm. et Tolet. sequentium, auctorem verborum explicatio-
 nis quam par affert dum exponit, qui non fuerit obsequens sermonibus
 duram subibit, ac ignobilem mortem, aut vitam aget nullo modo vi-
 talem; qui verò fidem habuerit vitam viuet securam, et letam,
 ut accidit illis, qui Hieremie credentes se se sponte tradiderunt Chal-
 deo; quia omnino est aliena à sensu quem D. Paulus tenuit, et
 aperte declaravit, minimè mihi placet, licet enim servata proprie-
 tate verborum ille sensus non sit falsus; videtur tamen ex-
 tortus, et ineptus, ad rem, de qua agitur. Cum (ut ostensum est)
 de xpo, non iam mysticè, et allegoricè, sed propriè atq; historice
 propheta loquatur, nec magis probandam existimo Calabri ex-
 positionem, qui admodum se arbitratur Verba Habacuc ex-
 tendendo vocabulum fidei ad fidem omnium promissionum
 veteris legis, in noua complendarum; cum propheta de fide
 restrictis locutus fuerit; de ea nempe, qua iubentur crede-
 re reuelationi ipsi facte, et Iudæis proposita de ipso ^{rum} liberatio-
 ne per Cyrum. Non abnuo equidem vatem sacrum res-
 pectum habuisse ad captiuos, ad eorumq; liberationem per
 regem persicum; sed omnino aperte, et in sensu proprio, ac
 literali de xpo locutum; et de omnibus, qui in illum, seu
 tunc venturum, siue nunc venisse credere debuerunt.
 Nam et totum Vaticinium pro primario fine xpm habuisse certius
 est, quam ut probari oporteat. Sed ut sit in leologis pastoralibus, in pa-
 rabolis, seu alijs allegoricis, seu enigmatibus locutionibus, ubi aut ver-
 borum aut etiam rerum, metaphora continuatur, licet plura per
 involucra, et æquiuoca dicantur, tamen, licet raro, aliquid aperte dici-
 tur, et sine ulla specie metaphora, ut sit quod tenet fabula, seu alle-
 goricus sermo quid spectet, intelligens auditor percipiat. Hoc non
 solum in profanis, sed etiam in sacris scriptoribus cernitur, ut in
 Apocalypsi Joannis ostendit nos per Alcazar, quod ex his, que non nun-
 quam aperte dicuntur, sensum totius Prophetici voluminis persecutus

Calabri expo-
 sitionem

17.

Parabolis
 sermo
 continuatur.

Alcazar

randem

Tandem invenisse feliciter gavisus est. ita ergo in prophetis ille,
 quid dicitur transitus, seu à re presenti abruptus sermo, non certe ^{Transi-}
 ab re est, sed in aximè declarat mentem finemq; prophetiae, ^{prophe-}
 est illud isaie. ib. 1. cum toto capite precedenti de Moab locutus ^{Isa. 16.}
 fuisset, subito accreditur, quasi rem nimis à proposito filia sermo
 nis alienam, Emitte agrum domine Dominatorem terre de
Petra deserti ad montem filia Sion, quibus verbis aperte de xpo
 pro latris initio ^{capitis} mox redit ad Moab, de quo loquebatur. Sic
 ergo fecisse Habacuc hoc loco ego non dubito. Cum enim sub ty
 po captivitatis, Iudeorum, sub Nabuco dono sore, solvenda per
 Cyrum degeneris humani captivitate per xpm terminanda
 loqueretur, filium allegoria, abrum pens, seu in volucria
 agnimitis longioris explicans, atq; in lucem proferens, xpm
 proprijs perspicuis q; verbis indicavit; ita tamen, ut ^{relat} quam
 orditus fuerat minimè dissecuerit; sed quasi sub tegamine con
 text ^{uerit} subtiliori, et preciosiore; et à xum lino in ser popu
 erit. q; illud Propheta notandum (ut agnosca D. Paulum
 ad varias res confirmandas proferentem Habacuc senten
 tiam hanc, maximam illi lucem attulisse) non solum
 prophetas locutos fuisse de adventu xpi, et redemptoris, et
 liberatoris, sed etiam, ut vindicis, ac iudicis; atq; ita aliquan
 do sub iisdem verbis, ac sententijs utriusq; adventum ^{et primum}, et seculi
 dum complexos ~~prophetasse~~ prophetasse, quod et huc patet fecisse
 Habacuc, conestante Jo. I. 17. ^{Rom. 1. 17.}
 Unde nata est. expositorum diversitas, ut alij de secundo, alij
 etiam de primo interpretati fuerint, quod rectè quidem fieri
 ostendit Nosser Pater Salmeron Prolegomeno 8. ubi plu
 res sensus literales æque veros, et intentos à Spiritu Sancto
 sub eadem sententia latentes admittit. et com probat,
 Illa ratio interpungendi à Caietano allata, Iustus ex fide
vivit, non videtur admittenda; quia non satis probat inten
 tum: si quidem, et eadem ratione dici queat, Iustus ex lege
vivit. Quod enim illa prior sit (ita simpliciter, et absolute,
 sine æterna: hæc vero posterior secundum quid, et rem poralis,
 nihil ad rem facit. Neque verba ipsa perse explicant. licet
 ergo

Orgo vnus sit sensus, non tamen ad mentem Apostoli, qui inten-
dit probare Iustitiam, et vitam anima ex fide proficisci, et non ex lege.

Theoria, 3. de sensu huius loci, V. 12

Lex non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis.

¶ circa illud, Lex autem non est ex fide, non exigua
est difficultas. Nam si cum Glos. ord. et interl. Lomb. et S.
Thomas, quos sequitur Barradas. interpretaris, asseres

19.

interpretaris, Legem, quæ promittit eternam, et presentiam, dici
non esse ex fide, que respicit futura, in visibilia, et æterna; sed po-
tius ex cupiditate esse, et ex timore, præcipue secundum illos, qui eam
carnaliter obseruabant.

Lex inquit ^{unt hi doctores} ~~autem~~ non est, i. non fit, non impletur ex fide mo-
uente per inuisibilem, et æternorum promissa diuina; sed potius
impletur, si fieri potest. ut impleatur, certe opera, que ipsa præcipit,
fiunt ex cupiditate presentium, terrenorum, visibilibus; aut ex
timore pænarum statim infligendarum, puta lapidationis, aut
alterius generis mortis corporalis ~~aut æternæ~~. Hæc est explica-
tio Glosarum et S. Thomæ at que Lombardi et aliorum, in qua
particula, Lex videtur sumi causaliter scilicet, ut innuat causam
finale, ac motiuiam, seu impulsiuam ad opus, verbum autem
est, proficere usurpatur.

Explicatio 2^a

Lex non est contexta ex fide, i. ex præceptis fidei siue non est
de credendis sed de faciendis, vel non mandat credere sed facere,
vel non imperat fidem sed opera, Hæc explicatio Amb. Ansel.
Lyran. in qua Lex præpositio materiam seu obiectum exequen-
tum significat.

sed quæ so amabo te bone lector ad probandum legem non dare
vitam Iusto, quod esse proprium fidei probatum est ex testimonio
Habacuc, quod in se est aut quam vim habet, motiuum fa-
cendi seu implendi opera legis, non esse æternum aut futu-
rum siue inuisibile. ac materiam legi subiectam seu obiec-
tam non esse credere sed facere. Nam si lex præcipiat credere



Ad

20

Ad hoc opponitur ab alijs, etiam ad ea promissa legis requisitam fuisse fidem, cum non statim implenda, sed futuro promitterentur tempore, quare Heb. 11. laudat Apostolus illos patriarchas, qui deo fidem habuerunt, in ijs certe, que in terra expectabant ad implenda sibi; ut cum Abrahamus exiit ex patria, Deo imperante, in locum, quem nesciebat, licet enim sub illis promissis terrenis eterna laterent, tamen et de illis credebant Deo promittenti. Quis enim neget ex fide credidisse Abrahamum posteros suos post quingentos annos ex Aegypto venturos ad possidendam terram Chanam sibi promissam. Et Noe ex diluvio se salvum egressurum; et Joseph, ut ipse testamento fieri precepit, sua in terram promissionis deportanda. Patet igitur fidem esse etiam verebus presentibus, hoc est, de ijs, que in hac vita complentur. Ergo non satis appositè dicitur, Legem non esse ex fide, quia non promittit eterna, sed temporalia; et ex timore, et cupiditate inducit ad sui observationem, et non ex amore eternorum.

21

Si vero cum Amb. Lyr, Ansel. S. Tho. Lomb. Barrada interpretari velis, non esse legem ex fide, quia non tradat precepta credendi, sic enim ait Ansel. Lex non est ex fide, i. nihil mandat credendum; sed per timorem cogit ad faciendum. Lyrq. verba sunt, dicitur Lex non esse ex fide, quia in lege veteri non fuerunt data precepta de credendis. Hoc enim pertinet ad legem novam, in qua facta est explicatio credendorum, propter quod Lex veteris dicitur factorum, non fidei, S. Thomas.

¶ Titulum, Lex, magis, Vetus de fide, aut de credendo principaliter non precipit, sed magis de operando.]

Lex, inquit, Scripta non est ex fide, quia non tradit scripto precepta de fide; sed de operibus. Unde in lege scriptum est Qui fecerit ea (id est opera legis) vivet in illis. Addit Barrada ergo locutus est Paulus de lege, quo ad opera tantum, in quibus maxime sita erat. Quod observavit August. cum inquit, legem nunc pro operibus poni ab Apostolo, ut patet cum subditur Qui fecerit ea, sicut opera, non eam legem, sed contra videtur esse, quod dicitur Exo. 14. 31. Et crediderunt Deo, et Moysi seruo eius et Deut. 6. 4. Audi Israel Dominus Deus noster, Deus unus est. Hec primum preceptum de fide est. Propter haec testimonia dicunt alij non tradi precepta principaliter de fide. Sic Dionysius.

22.

et



et nihil præcipi ex parte credendum. Ita Hugo Card. Alii respondent
ponderanda illa testimonia, quæ de fidei fide loquuntur, non
de bonis æternis consequendis, aut malis sempiternis vitandis; atq[ue]
ad eum non dicunt eruisse de peccato, aut potestatem Demonis; sed de terra
Ægypti. Nec rursus crediderunt Patri, et filio eius mediatori,
sed Deo, et Moyse seruo eius. Hæc nos ter Salmeron, Hæc i expo
nendi ratio sic intelligitur.

+ Titelmans Lex, inq[ui]
vetus de fide aut de
credendo principa
liter non præcipit
sed magis de operando.

Lex non est contexta ex fide, et ex præceptis fidei; sua non est de
credendis, sed de faciendis; vel non mandat credere, sed facere;
vel non imperat fidem, sed opera, Hæc explicatio Amb. Anselm
Lyran. in qua, Lex, præpositio materiam seu obiectum exe
quendum significat.

23.

Sed quæro, amabo te bone lector ad probandum Legem non da
re vitam Justo, quod esse proprium fidei positum est ex testi
monio Habacuc, quid interest, aut quam vim habet, mo
tivum faciendi, seu implendi opera legis, non esse æternum
aut futurum, sive invisibile, ac materiam legi subiectam
seu obiectam non esse credere, sed facere. Nam si lex præcipi
at credere, in deo, quia ita præcipit, Iustificabitur aut vitæ præ
stabit, quibus valeat, a quo us adimpleri? Minime vero.

Ergo parvi refert, quo motivo inducamur servare legem, aut de qua
Lex materia tradat præcepta, ut Iustitiam pariat, vel non
pariat. Quod verò lex vetus dicatur, Lex factorum, et non
fidei, non pro præca sequitur in nova lege non sequi ope
ra, si ne quibus fides inanis dicitur, et mortua, nec in
veteri lege opera tantum fuisse absq[ue] ulla fide, cum in illo
statu Legis multi Iusti viderent, qui Iusti non fuerunt sine
fide, Ergo alia ratio magis congrua explicandi Apostoli ex
Certe Cogitanda est.

24.

Additæ Legion. aliam explicationem facitur enim in Leges, si
totum eius ambitum, et universitatem præceptorum conside
ret, non nullarum verum credendarum præceptorum haberi;
sed negari tamen non omnino, et simpliciter, sed singulariter
de credendo in xpi in lege Moysayca traditum esse præcep
tum; ut videlicet ab eo salus, et Iustitia petatur animi; in eoq[ue]

Spes.



260

quod quod
et non est
quod non
quod non

Spes, et fiducia collocetur. Nam, et si haec fuit ab hominibus primo lapsa
 unica ad Iustitiam consequendam via, per fidem nempe Christi,
 quam qui ingredi nollet saluum esse non posset: tamen haec ne-
 cessitas non manabat a praecipitibus, et sanctionibus Mo-
 seycae legis, sed multo ante a Deo omni hominum generi
 senta fuerat, atque praecipita. Ita quod de ista fide nihil nominatim
 Lex sancit, sed ad id modo sua revulit praecipita, ut illum
 populum in eorum veterum fide, quae omnibus erat populis, et
 hominibus necessaria, retineret, et coleret quod ipsum, et veris
 de Deo opinionibus tribuendo, et in ijs exercendis ceremonijs,
 ac ritibus, quae earum Christi verum, quas credi necesse erat, imagi-
 nem continerent, Quare Paulus verissime, Lex, inquit non
est ex fide, nimirum ex fide Christi. Nam, et si ad illam
 respicit, et se totam refert, tamen eius neque cognitionem
 Lex prima docuit; neque usum, aut necessitatem in vitam
 induxit. Et adeo, ut observes totam Legem, non ex eo conseque-
 tur, ut hanc fidem possideas, quae extra legis praecipitorum
 versatur ambitum; et ob eandem causam, neque Iustus apud
 Deum eris, apud quem ratum est, et firmum, neminem fu-
turum Iustum sine ista in Christum vigente, et valente fide. Haec
 tenus ex Legione. Sed haec responsio non omnino satis facit,
 quoniam ne ipsa quidem totam exhaurit difficultatem.
 Apostolus enim Legem ea ex fide esse, negat, ex qua vivens
 Iustus affirmavit; sed Iustum vivere ex fide, tradit ipsa Lex
 id est veteris Testamentum, cuius pars est Vaticinium prolatum
 ex Habacuc, Ergo non satis considerate dicitur in tota uniuersa
 veritate legis nihil de fide Christi praecipitum, ac traditum. Immo, cum fides
 (et refert Amb.) plenitudo legis sit. Atque (ut docet Apostolus)
 Christus finis sit legis, ut datur uniuersa Lex loqui Christum, ipsum
 commendare, ac praecipere; praesertim, cum non solum per
 typos, sed expressis etiam verbis, Notae praescripserit illis,
 quibus legem dabit, ut Christum recuperent, et audirent, tan-
 quam ipsam, Deut. 18. Prophetam inquit suscitabit tibi Do-
minus deustrius, sicut me scriptum audies. Acto. 3. 22. Quoniam
Prophetam suscitabit vobis Dominus deus noster de fratribus

25

25.

45



velut

est, tamquam me ipsum audietis. Hæc Petrus de xpo. neque effugium tuum non
 ut si dicas cum Salmerone Moysem hanc prætulisse sententiam, ut propheta
 non vero, ut Legis latorem; Neque enim hoc verum est, et si verum esset
 nihil ad rem facit.

Hieron. Rom. 10. in illud, qui fecerit homo viuet in ea, sic ait. Nemo
illorum viuet, quia in hoc tempore nemo perficit legem sine xpo,
et hoc Legis est, ut ipsi credatur. que sententia à nobis, huc dicta confirmat.

Alij rectius aiunt, ideo dictum à Paulo non esse ex fide legem,
 vel in lege non contineri fidem, quippe que non credentibus, sed facien-
 tibus nominatim, atque diceret præmium vitæ promitteret: qui ea, in qui-
 bus fecerit, viuet in eis. Hæc explicatio, quam hæret Legion. videtur
 Accumenij, qui ita Paulum explanat. Iustus ex fide viuet. (græ-
 ci te quæ contextum græcum, viuet, legunt) Nam unica est, inquit, fides
 vitæ, quæ iustificat; Lex autem non est ex fide, sed ex operibus. quod
 inde manifestum est; Nam, qui fecerit ea homo, viuet in ipsis. itaque
 per opera videtur esse in lege salus, et non per fidem. Hæc autem
 eadem videtur esse expositio Theodoretij, et Augustini, quam supra
 dedimus. N. 445.

26.

In hac expositione verbum, est, videtur positum pro habet vim
 vitam, ut explicat Accumenius, et particula ex, efficientem causam
 dicat, ut sit sensus, lex non habet vim iustificandi ex fide, sed ex
 operibus. q. d. opera sunt, quæ in lege vitam præbent. Qui enim se-
 cundum ea viuet in eis. non autem fides, quam supponimus non esse
 legi adiunctam, sed ab ea seclusam, et separatam, ut est in illis, qui
 perseverant in iudaismo, neque xpm suscipiunt, vel unum que
 miscent, in ijs enim fides non est, sed legem absque fide profitentur.

Huc exspectat illa expositio Caietani, quam sequitur est al-
 ter cardinalis scribandus; Lex non est ex fide, id est, iustitia
 legis non est iustitia ex fide, imo è regione condiciuntur, fides,
 et lex operum; iustitia fidei, et iustitia operum. De hoc vide infra.

Tenuerunt etiam hanc explicandi formam Vat ablus in lege,
 inquit, nusquam scriptum est, hominem ex fide victurum, sed tan-
 tum, si quis eam opere perficiat. Et Clarius, lex autem non est
 ex fide, cum enim dicat Lex; qui fecerit ea, viuet in eis, significatio
 fit, iustificatio nem legis ex factis legis esse expectandam, non ex
 fide; lex enim non nouit gratiam, vel condonationem, sed tan-
 tum ex actionem; atque hoc est, quod huc dicit: Qui fecerit ea, viuet
in eis, et quis quis non fecerit, morietur, siue, ut supra dictum est; Ma-
 ledictus erit, quod autem in libris Moy sis expiationes quædam permittuntur,



27

non legis est, sed authoris legis condonantis, per que lex violata fuerit, ex diametro enim pugnat cum lege condonare, cum natura illius sit debitum exigere, lex enim non, ut quinquam iustum faciat, lata est, sed, ut in iniustos coerceat, et accuse. quare eleganter, et verè dictum est, bonas leges ex malis moribus natas esse, et iusto, ne legem quidem positam esse, et paulo post, legem propter transgressionem positam esse. Mihi hæc videntur vera, et propria huius sententia Pauli, Lex non est ex fide, explicatio. Quam retulimus ex Acumenio, Augustino, Legionensi, Caietano, Seripando, Vatablo, et Clario; qui ultimus optime explana. eamdem supra in scholijs huius versiculi indicauimus cum Theodoro, Chrysostomo, et Vasquez. qui apertissime ostendit de lege loqui Paulum, ut de re diuersa, ac distincta à fide. legem verò exigere opera, non ex se iustificare, fidei uerò proprium esse iustificare. sed neque fides in adultis sine operibus, hoc est, ociosa, ac mortua iustificat; neque lex, si præsto sit fides, et auxilium gratia, qua impleatur, desinet iustificare. Diuerso itaque modo procedit lex, at que fides; nam lex in actione consistit, exteriora opera exigit, de interioribus nihil curat; operantibus præmia pollicetur, ea que præcipue temporalia, et visibilia; non facientibus maledictum comminatur, et duras penas, ac maxime mortem. fides ad supernaturalia excitat, æterna promittit, interiora, et spiritualia respicit, inuisibilia appetenda suadet, at que ita hominem rectè ordinat, et componit. Lex ab iure fidei per se seruari nequit, verum etiam si seruetur (ut alias diximus) iustificare nequit; fides radix est iustificationis, nec lege opus habet, ut iustificet. Lex igitur non est ex fide orta, nec, (ut sic dicam) filia fidei est, ut vtriusque pars sit conditio; sed lex regula est operum, fides lux interior illuminans, et Deum indicans, propter quem opera fieri debent. sed de his susiùs infra. Alias nunc non minus molestas, ac difficiles quæstiones dissolui pergo.

+ quia non spiritum esse
sicut continet, nec dicitur
fit iustificatio.

Theoria 4 super illud

Qui fecerit ea, viuet in illis.

ex versu, 12.

28.

~~Quia illud qui fecerit ea, viuet in illis.~~ Leui. 18.5. sic scriptum in vulgata. Custodite leges meas, at que iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. ego Dominus. Ezech. 20. 11. et dedi eis præcepta mea, et iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo, viuet in eis. Hæc vltima verba iterantur inferius V. 13. et rursum V. 21. Sic, quæ cum fecerit homo, viuet in eis. Citantur verò ab Apostolo Rom. 10. 5. sic. Moses enim scripsit, quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Patet

in hoc loco Paulam Leuitici auctoritatem protulisse, et potius ad Moysen, quam ad
Ezechielem. Manifestum etiam est pronomen, quod non
referendum ad nominatum Lex, qui praecisus hic, sed ad iudicia
verba est sermo in leuitico. Sumpsit Paulus illa praecise verba, quae suo institu
ere poterant, posuit autem ea pro qua, seruans potius sensum, quam
verba. Sicut ad Rom. 10. posuit iustitiam, quae ex lege est. cum Moyses dicat
legis, atque iudicia, sed iam saepe monui Paulum, sensum sequi, magis
quam voces in allegationibus veteri testamenti.

S. 1. De qua vita sit sermo in lege
veteri?

29.

Questio est, de quam vita loquatur Moyses in dicto testimonio? Chrysost.
et Acumenius, et Theophy. de spiritali vita intelligunt, quam tamen ne
nem consequutum dicunt; quia nemo legem ad implere potuerit. ver
ba sunt Chrysostomi Rom. 10. Hom. 17. quae ex lege est iustitia inde constat,
quae mandata sunt, ad impleantur. Neque enim alias. Sicut in lege iusti
ficari, nisi eum, qui cuncta adimpleuerit. Id vero nemini dum possibile
actum est. Intercedit itaque iustitia illa, fidem tamen si quis habet, is etiam
si finem habet, atque adeo iustus est. Quid enim lex vult, nisi hominem
bonum facere. Huius vero finem xpus magis per fidem assequutus est.
Non ut igitur, quod timeas, velut legis transgressor, postquam ad fidem acces
erit, tunc enim legem transgredieris, quando xpo propter eam non credis,
quod illi credideris, et hanc impleas, et multo plura, quam ea praeciperat,
nullo siquidem maiorem iam accepisti iustitiam. Haec sunt Chrysost.
verba, atque sententia breuius collecta.

Acumenius, Non ergo, inquit, saluus fieri potest, qui ea (scilicet praecpta) non
impleuerit, quae in lege habentur; quia igitur nullus hominum ea compleuit,
intercedit iustitia, quae per legem erat, et in utilis facta est. Theophylatus sic
Chrysostomum coartat, atque summat, Moysi asserit per opera iustificari ho
minem, opera vero nemo inventus est explere; itaque in lege non est possibile
iustificari.

Cardi. Tollet. super Rom. 10. 5. in hac sententia, illud non admittit, quod supponere
videtur, si quis totam legem veterem seruasset suis viribus accita fide, eum
iustum futurum; quoniam observatoribus illius legis non erat promissa vita
spiritalis, quae in iustificatione anima sita est, sed temporalia bona dun
taxat.



Vnde etiam si omnia legis mandata seruare quis posset, nisi xpi fides esset, nunquam coram deo iustitiam habuisset. Quare fides, inquit, necessaria est, non ut seruentur praecepta legis, et sic seruantibus iustitia detur, quamuis sine fide omnia seruari nequeant, et ad plenam obseruationem necessaria sit fides xpi, sed necessaria est ad iustitiam, quae in remissione peccatorum, et in reconciliatone cum deo consistit, quae non potuit haberi per omnia mandata legis, etiam si milles impleri omnia possent, itaque legis obseruatio non affert iustitiam, quae coram deo est; non propterea, quod omnia mandata impleri nequeunt, sed quia quantumuis impleri possent, non habebant etiam impleta vim iustificandi, sed virtus, et efficacia xpi est, quae datur per fidem ad iustitiam. Haec

P. Gabriel Vasquez i. 2. disp. 189. c. 4. et in epist. ad Rom. 10. et ad Galat. 3. accurrimè defendit, et probare nititur, non de temporali vita, sed de spiritali, hoc testimonium esse intelligendum, primo quia sic rectè explicatur textus Pauli, ut ipsius ostendit paraphrasis. (quam supra retuli) deinde quia Mechiel in illo cap. 20. u. 13. 21. loquitur de vita spiritali, sicut in praecedenti cap. 18. u. 21. et usque ad finem. similiter Moyses Leuit. 18. 5. nam loquitur de obseruatione omnium mandatorum, cum qua semper est coniuncta vita spiritalis, ut significauit xpus Matth. 19. 17. Si uis ad vitam ingredi (nimirum aeternam) serua mandata. et Luc. 10. 25. legis perito interroganti, quid faciendo vitam aeternam possidebo, hoc, inquit, fac, et uiuet. et Rom. 2. dicitur, factores legis iustificabuntur. Est autem sermo de lege decalogi, quia reuera nemo totam implebit per gratiam dei, quin eodem spiritu gratiae iustificetur. In huius enim obseruatione fere tota nostra vita consistit; cum alia praecepta supernaturalia raro nobis occurrant; haec autem quotidie occurrunt; praesertim quae negatiua dicuntur. Praeterea ex Ps. 18. idem confirmatur, nam eodem modo, quo hic dicit Paulus, qui fecerit ea, uiuet in eis. ibi dicitur, Lex domini immaculata, conuertens animas, et praeceptum domini lucidum, non quia praeter litera legis praestet vires obseruandi, et faciendi ea, quae in ipsa praecipuntur; sed quia id, quod praecipit sanctum, et bonum est. Ita etiam ad Rom. 7. itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et iustum, et bonum, quod non alia ratione dicitur, nisi quia ea, quae praecipit sancta, et iusta sunt, atque pia; ita qui fecerit ea, uiuet in eis. Rursum confirmatur ex Augustino lib. de spiritu, et litera cap. 29. qui de hac vita spiritali loquitur, cum ait, opus enim, quod qui fecerit, uiuet in eo, non fit nisi à iustificato; Iustificatio autem à fide impetratur. Vt roque igitur modo potest explicari illud, uiuet in eis, uel faciendo post iustificationem,

Augustinus) ut comparatur aeterna gloria; vel faciendo ea ante iustificatio-
nem, ut tandem à deo Iustificationem, ac proinde vitam spirituales con-
sequamur.] Hactenus Varquet. Hanc sententiam sequitur Estius hic, et
Rom. 10. 5. is dem que probat argumentis, addit etiam vitam longevitatem por-
tionem esse premij illius, ut vivas. ut patet 1. Timoth. 4. Pietas promissio-
nem habens vitae, quae nunc est, et futurae. et P. 33. Si vis dies videre bonos
etc. 1. Petri 3. citatur, et Matts. 5. Beati mitter etc. A No citatus infra q. 4.
Lex vetus terrena promittebat suis cultoribus non sola, ne tanquam
ultimum premium bonorum operum; sed tanquam quibus homines in-
vitaret, afficeret, et moueret ad sui observationem. solet enim quisque
talibus promissis incitari, et flecti. vide plura infra. —

§ 2. Autores referuntur, qui in lege
temporalia duntaxat bona promissa
fuisse sentiunt.

Gaspar Sanchez in Ezech. 20. 11. de temporali vita interpretanda hac
testimonia, magis probat, et praesertim Ezechielus. 1. quia omnia testimo-
nia illa, ad quae spectare potuit Ezechiel, de re tantum videtur loqui
temporalis; quam Deus his, qui legem servauerint, promisit. ut Deut.
30. 19. 26. Leuit. 18. 29. et 20. 22. et 22. 9. Deinde, quia supplicium, quod
in eo capite intulerat Deus, corporale est, aspectabileq; ut patet ex eo,
quod ab inferendo abducitur, ne gentes male sentiant, et in suspicionem
veniant adversus Deum; accusetur que, vel impotentia, vel perfidia. V. 19.
14. 22. ob spirituale tamen supplicium, quod oculis non patet, nihil erat
à gentibus blasphemiam adversus Dei nomen timenda. Hoc idem oppo-
suit Moyses Deo exo. 32. 12. Ne quæso dicant Aegyptii, callidi eduxit
eos, ut interficeret in montibus. etc.] adde cum Cornelio in Leuit. 8. 5. ar-
gumentum esse, ut credatur ibi de vita temporali esse promissionem;
quod passim Judæis bona terrena, et temporalia, non caelestia, et aeter-
na promittat Deus, ut exo. 23. 26. Deut. 7. 13. Isai. 1. 19. Agæi 2. 20.
Malac. 3. 10. quoniam etiam Caldeæ pro viuet in eis, habet viuet vita
saeculi, id est, temporali; licet Biblia Regia habeant sempiternam.
Interpretandum ergo viuet Corn. viuet vita diuturna, et prospera. (adde
etiam cum Prado, et Saacs. in Ezech.) Plena delicijs in terra nem-
pe

30.

Lacte, et melle manante, id est, omnium deliciarum genere affluente, viuet que diu in eis, id est, per ea, vel in eorum obseruatione. eodem modo Mariana interpretatur et Ezechiel. 20. 11. Viuet, id est, sospes erit, evadet mala, et mortem. Legio cum Hieronymo argumentum sumit ex illo addito in eis, ut probetur de vita temporali duntaxat esse sermonem à Moyse institutum, Leuit. 18. Si enim dictum fuisset viuet ab solute de vita animi, siue spiritus, qua simpliciter vita dicenda est, intelligeretur; sed cum addatur in eis, liquet non aliam promitti vitam, nisi quam ipsa lex dare potest, id est, temporalem, et corpoream, et cuius auferenda habet plenam potestatem: quare dum non aufert, reddere dicitur. unde viuet pro non morietur positum videtur, contrarium nempe pro contradictorio; ut in verso ordine apud Joannem 6. mortui sunt, pro non vixerunt. Sic enim recte constat sensus illorum verborum Xpi vers. 49. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, et mortui sunt; qui manducat hunc panem viuet in aeternum. vide Pradum et Ezech. 20. 11. qui non vult Paulum concedere legi, ut ministra sit vite, sed tantum mortis, ex illo 2. Corint. 3. 6. littera occidit, Spiritus autem viuificat, id est, lex exarata literis Sebraicis in tabulis Lapidis, vim habebat morie dam nandi transgressores, unde dicitur ministrasse mortem, ibidem viuificandi vero solum habet vim spiritus gratie in corde diffusa. Ita Pradus. et Maldonatus in Ezech. 20. 11. viuet in eis, id est, qua satis erant, ut qui cum que faceret, capere non plecteretur, sicut vos hodie plecti mini, quia non fecistis.] Trexo hinc ex antithesi atrocius versus 25. Dedi eis præcepta, non bona, et iudicia, in quibus non viuent; explicat v. 11. qua faciens, viuet in eis. Si uiuent, quomodo non viuent, et quomodo non viuent? si qua faciens homo viuet in eis? Rr. verò, viuent, quoniam non occidentur, tam quam legis transgressores; non viuent autem, quoniam iustus ex fide viuet. qui igitur fecerit legem viuet sed apud homines, non apud Deum. Hæc Trexo, quæ ex Dionysio in Ezechiel. videtur mutuo sumpsisse.

Mor Inst. Moral. lib 6. c. 2. q. 2. sic explicat Ezech. 20. 25. Dedi, id est, dabo (preteritum profuturo ob certitudinem more prophætico) eis, præcepta non bona, id est, leges asperas, et intolerabiles; dum suliet trado eos in manus, et potestatem dominarum, qui dure, et acerbe tractent; imponant tributa, et onera grauia. et iudicia, in quibus non viuant. Nam, qui præcepta mea seruire noluerunt, quibus vitæ hæc gauderent, in captiuitate constringentur facere, quæ non dabunt vitam, quam ipsi tanto tempore desiderant.

§. 3. Quæ fuerit sententia Hieronymi Pradi

Pradus in Ezech. qua faciens homo viuet in eis. inquit, non esse de vita

gratia, seu iustificatione peccatoris sermonem Prophetę; cum constet ex Apostolo ad Rom. 2. 20. Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram Deo. alioquin si per legem daretur iustitia, ut idem ait ad Galat. 2. 21. ergo gratis xpus mortuus esset. & nihilominus locum intelligi posse de iustitię augmento, vel conservatione in vita gratię; ut videtur Theodoretus intellexisse. qui enim aliam ex xpi fide iustificatus per gratiam, opera decalogi impleverit, absque dubio in iustitia creverit, et vitam gratię, quam possidet tuebitur; et magis, ac magis stabilietur; quamquam hic sensus non videtur satis ad mentem vatis accomodat.

Quare Hugo Card. et Dionys. licet ita exponant Ezechielem, tamen priorem sensum de vita temporalis, ut primarium, ac indubitatum sequuntur, similiter Pradus explicat Chaldeum paraphrasem, cum dicit Vivet Vita sempiterna, scilicet supposita observantia legis ex fide, et charitate; si tamen ipse Sunc attigit sensum; certe Suid Scio an Prophetę attigerit mentem. Is enim (et sic hoc tertium) hoc loco nihil adiecit promissionis cultoribus legis; sed duntaxat id repetit, quod à Moysse promissum fuerat, cum legem populo ferret. Dissertre autem verbis restatur in Deut. 30. 19. se proposuisse oculos eorum mortem, et vitam corporalem; hanc quidem legum cultoribus, illam vero eorum transgressoribus. Terce, inquit, invoco hodie cęlum, et terram, quod proposuerim vobis vitam, et mortem, benedictionem, et maledictionem; elige ergo vitam, ut, et tu vivas, et sementuum, et diligas dominum deum tuum, atque obedias voci eius, et illi ad seareas. (ipse est enim vitalua, et longitudo dierum tuorum) ut Sabites in terra pro qua iuravit dominus Patribus tuis Abraham, Isaac, et Jacob, ut daret eam illis. et Paulo ante dixerat. V. 16. ut vivas, atque multiplicet te, benedicat que tibi in terra, ad quam ingrederis possidendam. etc. Enim vero licet sub ea vita, et morte temporalis, spirituales etiam, et æternas intellexisse videatur legislator, ijs potissimum verbis; ipse est enim vitalua, et longitudo dierum tuorum. Ceterum magno cum discrimine; nam mortem utranque, id est, corporis, et animi promerabantur quidem delinquentes in legem; vitam vero utranque non continuo mererentur custodiētes legem ex operibus ipsius; sed temporalem sane, propter legem impletam tuebantur; spirituales vero ab fide in xpm mediatorem assequerantur; et ex gratia Spiritus Sancti conservabant, et augebant; promittebaturque cultoribus ex vi operum legis vitam propriam conservare, et prorogare multo tempore. tum etiam nomen



in posterum per multa secula diffundere: vitam autem gratie, et eternam predic-
tus adumbratam bonis, aliunde quam ex lege querere necesse erat. Cum ergo
Propheta dicat, quae faciens homo vivet in eis, id est, propter ea, et ex eorum
vi, consequens est illud non de spiritali, sed temporali vita esse locutum,
id est, quae merces erat legis observantiae.

33.

¶ I. dictum ~~non~~ probatur recte; nam idem Apostolus dicit Gal. 2. Scientes quia
non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu xpi; et nos in
xpo Jesu credimus; et intelligit itaque opera legis viribus naturae facta, ac
sine fide non justificare: facta ~~autem~~ ex fide, et a auxiliis Dei ~~justitiam~~
gignere. Praeterea negat ex lege esse Justitiam, id est, ex vi legis solum,
quod eius litera (ut loquitur August. de spiritu, et litera cap. 29.) extin-
ctus, vel, ut legeretur, apparuit, vel, ut audiretur, in sonuit. Si enim ita
viri in lege, ut lecta, vel audita justificaret, recte inferretur, ergo gra-
tis xpus mortuus est.

+ Certè (ut notat X. de
de leg. lib. 9. cap. 7. f.)
lex quia merendi
virtutem dare non
potuit, neque augmen-
tum iustitiae dedisse
licenda est. Verum
qui illam servabat,
per bonos actus mo-
rally factos, ex fide
per charitatem ope-
rante merebantur
de condigno augmen-
tum iustitiae, et pro-
misi aeterni, non qui-
dem ex vi legis, sed
ex vi iustitiae, et gra-
tiae auxiliantis, atque
divinae promissioni,
quae omnia meriti
Christi veniunt fi-
deli illi referantur
accepta.

¶ II. verò certissimum est, an autem sit secundum mentem patris hiezechie
lit. satis supra declarat Vasquez, et inferius ostendam.

B. Denique licet prima facie extorqueret assensum videatur, tamen contra
se habet Pauli auctoritatem; qui Rom. 10. 6. et sequentibus supponit illo
in cap. 30. sermonem esse de fide; quae prope esset in ore, et corde; per
quam consummata lex Justitiam affert. Ita que constat, si vim habu-
erit argumentum Apostoli, ibi Moysen locutum de observatione legis,
non sine fide xpi, et gratia Dei; si quidem nemo sine deo servare illam
servare poterat, praeterquam decalogum. Sic autem observari non du-
bitatur, quia vitam aeternam consequeretur; quin imo, et vitam tem-
poralem divitiis prorogaret; et alia consequeretur, quae ibidem pro-
missa sunt tanquam partem promissis obedientiae, et praetati; ut supra
dictum est ex Estio. Quod verò ex vi legis, seu ex promissione eius
datur vita temporalis, et ex vi fidei vita aeterna, acute dictum est, sed
non magis refert ad rem propositam; si quidem, ut fidelibus relin-
quentibus temporalia, promittat xpus centuplum accepturus os, et vi-
tam aeternam possiduros. Matt. 19. 29. ita servantibus legem, quod
nisi cum fide facere non valent, promittit, et temporalia, et aeterna.
Quamvis dicat Olear. Levit. 18. 5. nunquam se in lege invenisse promissi-
sionem aeternorum bonorum, sed solum temporalium. verumta-
men in religione oportuit sub figura temporalium bonorum latere promissi-
sionem aeternorum bonorum. ut infra declarabimus. N. 32. V. 30. 31.

Certum est enim illos sanctos viros, Patriarchas, et Prophetas (pro ait
Augustinus) minime deditos fuisse hiis rebus terrenis. Intelligebant



non revelante sibi spiritu sancto Dei, quibus modis Deus per illas res omnes
gestas, et dictas futura figuranda, et praenuncianda decerneret, magisq[ue]
pellegerunt eorum de novo testamento erat; sed praesens functio corporis ad
significanda bona ventura pollicitationibus veteribus praebatur. Itaque
non hominum, non tantum lingua, sed et vita Prophetica fuit; Carnalis
autem populus promissis vite praesentis inhererebat. De quo in populo rithi
lo minus etiam futura significabantur.

S. 4. Quomodo intelligendus hic textus,
sed qui fecerit ea vivet in eis.

Ap. 1. 12. hoc loco.

34.

Sic itaque explicatur, sed subaudi dicitur Lex qui fecerit ea, nimirum
praecpta, et iudicia, vivet in eis, id est, dum fecerit vivet vita hac tempora
li, et de hac in se illex erunt communiter interpretes valent. in h. lect. in
Paul. ad Rom. 10. et ad Gal. 3. ex quibus vide Amb. Aug. Hierony. An
selm. Dionys. Lomb. Brun. Primas. Abulens. Adam. Claud. Caiet.
Serip. Clari, Brabal. Sa. Mathar. Ganai, Trex. Sotum, Ariasm. Prad.
Cornel. Justin. Gasparem Sanct. Tole, Salm. Oleat. Marix. Br
bore. qui tamen non inficiantur eos, qui ex fide Dei gratia praesentis ser
vant Legem, ex ea observatione obtinent vitam aeternam, unde, in
quit, Sa, vivet vita aeterna, si de bre servet ex fide, et devotione. Abu
lens vero, non ex legis vi, sed ex intentione legem servantis per fidem;

35

sic arbitrari intellexisse omnes illos, qui citantur a Vasquez, August.
Hierony. in parvis commentariis, et xpium, cum dixit adolescenti, serva
mandata, et legis perito, Hoc fac, et vivet. Ita distincte declarant Hugo
Card. Dionys. Claud. Anselm. Gasp. Sanct. Pradus. Estius, qui sic ex
plicat Sime servum, Lex autem non est ex fide, sed, id est, tametsi dicit,
qui fecerit ea, quae in lege scripta sunt, vivet in eis vita gratia, et sus
titia. quod non debet intelligi ex vi legis, sed ex vi fidei, et gratia
eam vitam contingere, ut supra dicebat Pradus, infra etiam dicitur.

Ap. inst. moral. lib. 6. cap. 30. fine, virtute vere fidei, obedientia, et
charitatis, cum quibus victimas offerebat, in illis, et per illa vivebant
offerentes; placabatur autem illis sacrificijs, non eorum virtute,
sed merito xpi, quem cum vera fide, et charitate offerentes typice
profitebantur.

S. 5. Solvitur obiectio de duplici iustitia
Legis, et fidei.



35

Verum ad huc superest difficultatis non parvam. Ex auctoritate enim Apostoli Rom. 10 duas apparet esse Justitias inter se distinctas, alteram quidem ex lege, alteram vero ex fide. Unde sequi etiam videtur, ut Justitia ex lege ea sit solum, quae servat vitam temporalem, seu corporalem, quali cumque observatione legis exteriori; ut ita de eo, qui eam observat dicatur, viuet in eis, nempe vita corporali. Justitia autem ex fide ea erit, quae praestat vitam spirituales. Quae doctrina ex superioribus dicitur etiam aperte colligi.

Huius objectioni, ut occurramus, oportet primum esse reor paulo enucleatius locum exponere à principio illius cap. 10. ad Rom. Mens itaque quae Apostoli eo spectare videtur, ut errorem eximat sua genti, hoc est, Judaeis, quo decepti putabant sola lege sua, id est, Mosaiica posse se Justitiam obtinere suis viribus, observando eam, absque fide, et gratia xpi. quo vero libentius, et avidius, illi percipiant, quae diciturus est, mollit eorum animos suam erga illos benevolentiam ostendens. Itaq; ait.

Paraphrasis

In 7. priores versus cap. 10. Epist. ad Rom.

36.

Fratres, ita vos appello, qui ex Judaeis xpo adhaesistis, et eandem mecum tenentes fidem, sub eadem ecclesia matre, et magistra veritatis militatis Deo, aeternam speratis salutem. Attente percipite, et animis vestris mandate, quae dicam: certa sunt enim, ac verissima, profecta quae non ex odio, aut invidia, quae à me procul absunt; sed ex intimo potius amore, quo prosequor eos, qui ex nostro genere sunt; et ex vehementi desiderio, quo proximis meis veram exopto salutem. Quare, et Rebo veritatis ductus, et cura conversionis eorum sollicitus valde, frequentes Deum oro, et continuis obsecrationibus diuinam bonitatem deprecor, ut eis lumen suum ostendat, et oculos mentis aperiat; ut salutis aeternae viam, veram quae Justitiam, et sanctitatem coram Deo, et videant, et apprehendant. Hoc est illud voluntas quidem cordis mei; et obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. q. d. et affectu, et effectu eos amo, dum corde, et ore, id est, mente, et Spiritu oro pro eis.

37.

V. 2. Et huius meae voluntatis, ut rationem proferam, testor illis, et in genua fateor, verissimè quae affirmo, me ita intellexisse, itaque interpretari, quae illi faciunt, ut persuaderi mihi facile patiar, non illos quidem malignos.



nitate, sed zelo potius Dei, eiusque divinae legis, quam per Moysen à Deo ac-
 ceperunt, amore, et reuerentia commoueri, et pertrahi, ut Christi euangelio resisterent;
 fidem eius oppugnent; et praedicationi nostrae, et aliorum Apostolorum Christi
 pro viribus suis, quantum possunt, vehementer aduersentur; tamen hanc
 eorum emulationem, et zelum scientia carere, et ex errore proficisci, ut in
 me ipso expertus sum aliquando, non minus certum esse eadem obtectatio-
 ne confirmo. id est, Testimonium enim illis perhibeo, quod emulationem
quidem Dei habeant, sed non secundum scientiam, q. d. zelos
et suorum in discreto.

V. 3. Si quaeratis, in quo se ostendat iste zelus, in quo etiam inscitia, et error.
 Dico eos quidem tanta ignorantia laborasse, ut inquisita sit vera iustitia,
 qua ex Deo est, et homini datur, ut à peccatis liber Deo reconcilietur, prorsus
 nescierint. ex hac vera ignorantia, ex altera autem parte, legis suae anti-
 qua amore ductos, notitia elatos suam iustitiam, hoc est, quam ex obserua-
 tione legis suae, viribus suis, id est, natura vi, et potentia, absque Dei adiuto-
 rio, se habere posse credebant; ita studiosissime voluisse, vel potius ambitiose
 omnibus vijs ~~studiosissime~~ stabilire, firmare, et sacratam tectam conservare;
 ut, dum humana cuiusdam iustitiae, et qua solum apud homines laudem ha-
 bet, vel certe, qua nulla est, atque adeo nec laude vlla digna, studium, ope-
 ramque impendere nituntur, iustitiam Dei, qua Deus homines iustos facit,
 qua ex Dei fide, gratiaque promanans, non assequantur. neque Deo auctori,
 neque eius gratiae submittere mentem, voluntatemque subdere vlla ratione
 voluerint; hoc ita dicit, Ignorantes enim iustitiam Dei, ecce in scientiam,
et suam quarentes statuere, ecce zelum, et emulationem, se Deo, suam ius-
titiam iustitiae Dei, hominem Deo, humana diuinis opponunt; hinc
error immanis, iustitiae Dei non sunt subiecti. Atque adeo iam sub gra-
tia nolint esse, sed sub lege, ideo (inquit, cum Paulo, August. de gratia,
et libero arbitrio cap. 12.) eis dominabitur peccatum, à quo non fit homo
liber lege, sed gratia; nam lex reos facit iubendo, non adiuuando eos, qui
sub ea sunt.]

38.

+ studuisse

V. 4. Haec verò omnia illis obuenerunt patet, quia Christum expectatum tan-
 diu, et promissum in ipsa sua lege, iam aduenisse non crediderunt; neque
 recipere voluerunt; per quem lex implenda, eius obseruatio consummanda,
 et perficienda est. atque adeo vniuersis, qui credunt in eum, impertienda
 per fidem gratia, et communis canda iustitia, qua à peccatis exuti, Deo seruiant,
 eiusque mandatis obtemperent. itaque inquit, Finis enim, cuius gratia
lex data est, terminus ad quem perveniens cessatura erat. Scopusque eo-
rum omnium, quae in lege contenta sunt, quem respiciunt, ad quem tendunt,
et ordinantur. imo et consummatio ipsa, et perfectio, siue adimpletio, et

39.



observatio legis, expus est, sine cuius cognitione, et fide, neque lex observa-
 ris sine cuius merito, et adiutorio iustitia vera obtineri nequit, qui omnibus
 certe in ipsum credentibus, ut oportet, author, et effector iustitiae propositus
 est. Hoc breuiter dicit, finis enim legis xpūs ad iustitiam omni credenti,
 siue ex iudicis, siue ex gentibus. Quicumque igitur in illum credit, et legem
 implet, et iustitiam consequitur. absque hac fide in xpū, nec lex impletur,
 nec iustitia habetur. unde liquet iudicos non credentes, iustitiam nullam
 habere, neque enim iustitiam dei habent, neque legis; si quidem neque
 hanc observant, neque Deo parent. Inanis ergo eorum conatus, dum se
 iustos ex legis observatione statuere quærunt; Operam nimirum per-
 dunt, sine xpō, et sine eius fide viuentes.

40

V. 4. Si uero testimonia scripturarum desideratis, ad haec conferenda,
 qua hactenus docui, et aperte cognoscere iustitiam veram sine fide xpi
 nunquam potuisse ab ullo homine comparari; nec propria industria
 obseruantem legem ad hanc iustitiam peruenisse, Audite.
Moyser enim Leuit 18. 5. loquens de iustitia legis, scilicet, qua ex observa-
 tione, et impletione legis existit, ita ait, Custodite leges meas, atque iudicia,
qua faciens homo, uiuet in eis, uiuet inquam non modo vitam corporis,
 et ad tempus, quod si longissimum sit, non tamen uidetur sufficiens praemium
 perfecta iustitia, et obedientia exhibita Deo per obseruationem plenam, et
 integram totius legis diuinae; et omnium mandatorum, quae extra, vel
 intra decalogum continentur; sed uiuet etiam vitam animae, vitamque
 spiritualem, et aeternam. Hoc primum testimonium, quod sic ser-
 uata sententia, sine cura verborum nimia, Paulus profert: Moyser enim
scripsit quoniam iustitiam, qua ex lege est, qui fecerit homo, uiuet in ea.
qui fecerit, inquit, At unde uires, ut faciat, certe ex fide xpi: quare subdit,
 quod sequitur testimonium.

41

V. 6. Alterum testimonium ex eodem Moyse petitum est. nimirum ex Deut.
 30. 12. 13. 14. ubi haec sunt uerba, Mandatum hoc, quod ego praecipio tibi
hodie, (quo uidelicet tota lex continetur, quod patet ex prius dictis V. 8,
 et 10.) non suprate est, neque procul positum, neque in caelo situm,
ut possis dicere, quis nostrum ualet ad caelum ascendere, ut deferat
illud ad nos, ut audiamus, atque opere compleamus; neque trans mare
positum, ut causeris, et dicas, quis è nobis poterit trans fretare mare,
et illud ad nos usque deferre, ut possimus audire, et facere, quod precep-
tum est; sed iuxta est sermo valde in ore tuo, et in corde tuo, ut facias illum.
 Non tamen Moyser illud duntaxat significat, quod primo intuitu uer-
 ba praeserunt, non ignorare iudicos legis mandata, quasi longè po-
 sita, cum ipsis perspicue proposita essent, et inculcata satis eorum no-
bitis;

sed hoc potius, ac prius indicat, ad moneat, tam prope esse illis spiritum fidei di-
vini, tamq[ua]m in promptu, quo ministrante vires, servarent praecpta, ut in ore
esset, et corde, atque adeo intra ipsos, sive in eorum potestate, qui videntur
credent mediatorum. Hinc locum dicit. Apostolus in testimoniam produ-
cit, non ad verbum, sed breviter interpretans verum sensum à Moysse pra-
cipue intentum, seu potius ab Spiritu Sancto.

Toletus non per allusionem, nec per spiritualem intelligentiam, sed per
literalem expositionem, probari, inquit, ab Apostolo fidei Justitiam, sed non
de universis, sed de uno mandato poenitentiae Moyssem locutum, quod perti-
net ad fidem, et evangelium. Sic igitur ^{apud} refert. Quia autem ex fide est
Justitia (de ea Moyses) sic dicit. Ne dixeris (veluti irrisor, vel iro-
nicè) in corde tuo, (quasi obtendens rei impossibilitatem) quis ascen-
det in caelum, inde Justitiam sibi petiturus, sive facultatem ad legem ob-
servandam paraturus, id est, (inquit Paulus) xpiùm deducere, q. d. id
non est factu facile, sed impossibile, ut aut quis descendet in abyssum, ut
inde nobis Justitiam afferat, hoc est, xpiùm à mortuis revocare. q. d. =
quis diceret, quis descendet in abyssum, idem diceret, id esse tam diffi-
le, atque impossibile, atque velle xpiùm ex mortuis excitare, et ab in-
feris ad vitam reducere. quod non est aliud nisi xpiùm in numero exi-
mere mortuorum, negare què illum fuisse mortuum, et morte sua Spi-
ritum fidei ad servandam legem nobis promeruisse. Syriaca qui scã
dit caelos, et Merchicho deduxit, quis descendit in abyssum inferorum,
et eduxit Merchicho ex mortuis. ne, (inquit legislator Moyses) hoc dixe-
ris, quippe qui ita loquitur, (ut interpretatus est nosse Apostolus), ne-
gare videtur xpiùm ad caelum ascendisse, ut inde nobis Spiritum Sanc-
tum demitteret ad infundendam fidem, et gratiam, qua adiuti serva-
mus legem, et Justitiam impetramus, simul etiam inficiatur veritatem
mortis eius perquam nobis meruit eundem Spiritum, et fidei, et gratie.

42

V. 8. Sed quid dicit Scriptura? nam idem tibi dicendum, Prope est verbum
in ore tuo, et in corde tuo, hoc est verbum fidei, quod praedicamus. Quo
facultas datur ad legem observandam, et Justitiam obtinendam? Quia
si confitearis in ore tuo dominum Jesum, verbis ostendens, et operi-
bus exteriùs te esse Christianum, xpi que discipulum, et in corde tuo,
id est interiùs credideris firmiter, ac constantèr, illum pro hominibus
redimendis mortuum sua sponte, et à mortuis suscitatum divina sua
virtute, Justitiam obtinebis per hanc fidem, et ad aeternam vitam tan-
dem per venies. Itaque verbum illud, quod Scriptura, sive Moyses dicit
non legè abesse, ut celo evocare, vel ex abyssu educere opus sit: sed ita
nobis esse propinquum, ut in nobis ipsis iam in ore Deum confitendo,

43



iam in corde eum credenda, et veneranda, ne cognoscere valeamus; hoc, inquam, verbum, fidei verbum est, siue verbum carne tectum, author fidei, siue verbum euangelij; quo fides ipsa continetur, et enunciatur; hoc, inquam, est, quod nos predicamus; hoc est Justitia fidei; hoc Justitia euangelica; quam explicatiuis, distinctiuisque proponimus populis ad xpm vocatis; quam illi israhelico populo olim proponi solita est; cui fides sufficiebat implicita; obscure que, atque per umbras, Enigmatice que proposita fuit. ergo, ne cogitaueris, quibuscumque fidelis esse vis, tibi aliquid impossibile præceptum per legem, ut eam reicias, quasi tantum tibi laboris impositum fuisset, ut ascendere iubereris in celum, aut descendere in abyssum; hoc est, ut cogeres, vel xpm ex celo deducere, ut mysterium in carnationis exqueretur, vel ab inferis revocare, ut per resurrectionem nostram Justificationem quæreres. Non enim id tibi iniungitur, sed quod facillimum est, nempe quod habes in ore; quod tenes in corde; fides, inquam, à te exigitur, perquam, si, ut verè xpianus hæc mysteria credideris, in carnationis, scilicet, et resurrectionis xpi; quibus, et reliqui continentur articuli fidei; Justitiam procul dubio, qua apud Deum est, adipisceris; qua remissio peccatorum, et Dei amicitia comprehenditur. hactenus nostra peragratia & explicatio, quæ satis apud suis locis difficili valde. Sed ex Toletis sic explicandi hi versus à 6. ad decimum fortasse intelligi debent. Tolent

44

v. 6. Vedixeris, quis ascendet in celum, id est, xpm deducere? q. d. quis valeat xpm à celo accersere, et adducere in terram per in carnationis mysterium? aut quis descendet in abyssum? hoc est xpm à mortuis revocare. q. d. quis descendet in limbum, ut filium Dei hominem factum, passum, et mortuum, inde revocet? non ita loquaris. nec enim hæc à te exiguntur, sed id à te petit Scriptura, siue eius scriptor Moyses, siue author Deus, quod facile tibi est, atque impromptu. crede itaque ut oportet, et Justitiam, qua apud Deum est, obtinebis; Hoc sic effert Moyses, Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo. Quid propinquius? Quid facilius? quam os aperire, et mente concepere? Quid magis impromptu, quam velle credere, et quod credideris, confiteri? Hoc igitur est verbum fidei, quod Moyses commendat, quod nos prædicamus; ex quo Justitia procedit. Quia si in xpm credideris, eum dominum agnoscens, et exterius confiteris fueris mysteria eius, in carnationis, mortis, ac resurrectionis saluaberis. et in tantum Justus (ait August.) in quantum saluus, in corde enim creditur ad Justitiam, qua Justificamur, et à peccatis emendamur; Deo reconciliamur; ore autem confessio fit ad salutem, si quidem necessarium est, exterius confiteri, ac profiteri fidem, quam intus retinemus; ut sic Justitiam conservemus, augeamus, et vitam consequamur æternam. quam legis Lator facientibus legem promissit. Nemo autem facere

potest nisi fide praeventus, et iustitia, quae à deo est participi effectus. unde ait Aug.
 de spiritu, et littera cap. 29. legem totum caput, sed praecipue quae sequuntur.
 Et ad huc dubitamus, quae sint opera legis, quibus homo non iustificatur, si
 ea tanquam sua crediderit, sine adiutorio, et dono Dei, quod est ex fide. Je-
 saia xpi, et circumcissionem, ceteraque talia suscipiamur, et cum nec de circu-
 cisione, nec de traditis rubus suis intelligi hoc debere ostendit addit. Ipsum-
 non potuit homo facere, Deus operatur in homine per fidem. Iesus xpi, qui finis
 est ad iustitiam omni credenti, id est, per spiritum incorporatus, factusque
 membrum eius potest quaeque illo in elementum intrinsecus dante, ope-
 rari iustitiam. De iure operibus etiam ipse dixit, quia sine me nihil po-
 testis facere. Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod, qui fecerit eam,
 viuet in illa, ut cum quis in firmitatem suam cognouerit, non per vires
 suas, neque per litteram ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem
 concilians iustificationem, perveniat, et faciat, et viuat in ea, opus enim
 quod, qui fecerit, viuet in ea, non fit nisi à iustificato. Iustificatio autem
 ex fide impetratur, de qua scriptum est. Ne dixeris in corde tuo, quis ascen-
 det in caelum? et cetera, quae à nobis hic explicata sunt.

45.
49
74

§. 6. Conclusio ex dictis collecta.

Ex dictis patet non esse duplicem iustitiam, alteram ex lege, ex fide alteram, sed
 unam eamque, quae in perfecta obedientia, atque observatione mandatorum
 Dei conservatur. Quorum primum est, praecipuum fidei, unde initium sumit ipsa
 iustitia. Alterum est, dilectionis dei super omnia, quo perficitur. Deinde per
 religionem observantiam, cum occurrit eorum obligatio, atque iustitia
 erga, quam iudei, ut suam, statuere querebant, nulla est, in re, licet, ut ali-
 quid, ab eis defendatur. quam autem Paulus cum Moyses vocat ex lege, cum
 sine fide ea conservare nequeat, non dici debet esse distincta, sed eadem cum ius-
 titia fidei, loquitur enim de iustitia perfecta, et consummata, quae existit ex
 observatione legis per spiritum fidei, et cum dei adiutorio, cuius sane fructus est
 vita spiritalis, et aeterna, licet interim temporalia, et corporalia bona, tamquam
 circa carnalibus hominibus, et nimium terrenis additis, ut paulatim inde subleu-
 entur ad meliora, aeterna, proposita fuerint. Itaque una est iustitia, qua homines
 iustificari necesse est coram deo, haec vero tunc est consummata, atque perfec-
 ta, cum tota lex observatione quod cum fieri nequeat sine fide xpi, patet utrumque
 esse necessarium, nempe ut, et credas corde, atque ore confitearis xpi Iesum, et
 omnia legis praecepta facias. Hoc praescribit lex, illud fidei, fides tamen ori-
 go est faciendi legem, impetrans dei adiutorium, et gratiam, legis vero obser-
 uatio, ut fructum egregium producat, et parit vitam aeternam, et interim mul-
 ta bona temporalia, quae quasi pro addita mento à deo iustis tribuuntur. Sine fide

46.
87



ergo, sicut observari lex nequit, ita nequit coram deo justificare: atque adeo sine
 fide xpi iustitia vera non est, sed cum falsa iustitia, aut imperfecta, qua in
 oculis hominum apparet, absolute iustitia non sit, efficitur, vnam modo iusti-
 tiam esse; et eam, que ex lege dicitur, et eam, que ex fide, non duas esse iusti-
 tias distinctas, ac separatas in vicem; cum nunquam divisa, at que veritate
 reperiri ~~possunt~~ valeant. Verum cum lex, et fides sint duo principia
 distincta, qua in vicem coalescentia iustitiam efficiunt, recte dicitur, legem
 non esse ex fide, ut e diverso dici potest, fidem non esse ex lege. Unaqueque
 enim suam propriam esse, suamque habet propriam diffinitionem, quem
 ad modum, et materia, et forma in unum componuntur physice coalescunt,
 et conveniunt, nihilominus utraque suum esse proprium sortitur; et materia non
 est ex forma, licet per formam in actum exeat, legem legi proprium est, ut fiat,
 et observetur; ideo dicitur, qui fecerit vivet in ea, fidei vero proprium est im-
 petrare gratiam ad legis observationem; et ita dicitur, qui crediderit salvus
 erit, Marc. ultim. et qui crediderit in eum (xpiam, scilicet, lapidem angu-
 larem) non confundetur. Isai. 28. ecce quomodo xpius sit legis firmus, siue com-
 plementum, et forma tribuens illi perfectionem, et iustitiam, quam ex se ha-
 bere non posset; ecce quomodo, qui fecerit legem, vivat per eam, nisi
 rum vitam spirituales, et aternam. licet quomodo fides sit acquiri faci-
 lis; cum non exigat homini impossibilia factu; sed in promptu sit, ut pote dei
 dono omnibus conferenda; non enim postulat fides, ut ascendas in cel-
 lum, ut xpiam facias hominem fieri, neque ut descendas in abyssum, siue
 ad inferos, ut eum a mortuis excites, sed id ate postulat, ut hac mysteria
 corde credas, et ore confitearis, quod ex dei gratia tibi offertur, et annuen-
 ti, et non repugnantem datur. Fidei vero propria est status evangelici, non
 legalis; tamen ex quadam divina dispensatione tributa fuit, viventibus sub le-
 ge, (sicut et multi, qui ad legem non pertinebant, vel ex gentibus, vel ex
 prius patribus) ne scilicet remediis carerent salutis; spirituumque obtine-
 rent, et iustitiam, qua remittuntur peccata, et fit reconciliatio cum deo; ut
 sic legem servare valerent. Ergo lex seorsum concinere datur, ac materia nulli
 in se actiuitatem habens absque adventu forme, ideo sic considerata dicitur
 non esse ex fide, sed accedente fide perficitur, et in observationem exiit. Nam
 quod ipsa ex se non valebat homini dare, hoc est, vivere ad opera prastan-
 da legis, fides superveniens ex dei dono prebet, et iustificans hominem, ha-
 bilem facit, et aptum, et potentem ad ea omnia faciendam, qua lex praecepit.
 fidem autem, que ex divina dispensatione exhibebatur iudicis, adhuc sub
 lege constitutis, cum euangelio xpius attulit, et toto obtulit mundo, licet pri-
 mum iudicis annuntiauerit. unde est illud Joan. 1. Lex per Moysen data
 est; gratia, et veritas per ferum xpiam facta est. ubi videtur, quasi de re-
 bus distinctis euangelicam loqui, de lege, et fide, qua sub gratia, et verita-
 te intelligitur. itaque Moyses legem dedit, gratiam ad illam obtinendam
 non dedit; sed typos, et umbras prastavit fidei evangelice; xpius vero, et
 gratiam, et veritatem fecit; quia author fidei, et magister nobis typos, revele-
 vit.



Umbrae discipulorum, veritatem aperuit, et spiritum sanctum contulit, quod diffu-
 zione in cordibus nostris gratiam, et charitatem, iusti, et sancti efficiemur, libe-
 rati a peccato, et quae ad eam a legi maledicto, ut sequenti verbi explicatur.
 Nihilominus et lex, et fides sint diuersa initia, atque diuersos habeant datores,
 siue auctoritas, Moysen, et per quem, tamen in unam eandemque perfectam iusti-
 tiam conveniunt, ut dicitur est, per speciem autem causa non nunquam dis-
 tinguntur ab in vicem iustitia legis, siue ex lege, et iustitia fidei, seu euangelica,
 non quasi sint in re, et facta distinctae, ac separatae, sed quia una est alterius initi-
 um, ac complementum. Lex enim dat cognitionem voluntatis dei, cui nos debemus sub-
 dere, et conformare, ut iusti simus; fides vero vires subministrat, ut id praesta-
 re valeamus, imo, et praevia, ac proxima dicitur positio est, ut a peccatis exuamur, et
 dei gratiam ineamus, in quo prima iustitia consistit. legitur hoc discrimine secer-
 nantur lex, et fides: quod fides sine lege iustificat, ut in iis contingit, qui baptizan-
 tur, et prius quam occurrat praecipit alicuius obligatio, moriuntur, vel certe
 aliquandiu viuunt, qui procul dubio per fidem vitam iustificati sunt absque
 ullis operibus legis: lex autem nusquam sine fide iustificat, neque sine ope-
 ribus, etiam si fides ad sit; sed tunc dumtaxat, cum occurrit obligatio praecip-
 torum, si fide quis iustificatus est, ex vi spiritus fidei seruat legem, implet
 quae praecipita, et sic non iustificatur, sed in iustitia, quam etiam ex fide
 obtinet, crescit, ut amplius iustificetur. Haec igitur apostoli sententia, V. 11. et 12.

49.

S. 7. Confirmantur supra dicta ex Augustino.

Quae hactenus diximus illustrantur ex iis, quae sequuntur, quae doctrinam
 veram continent, quam exquirimus. August. contra duas Epist. Pelagia-
 norum lib. 3. cap. 7. Omnes ita quae sunt inimici crucis xpi, qui volentes con-
 tinere suam iustitiam, quae ex lege est, idem litera tantum iubente, non spi-
 ritu implente, iustitiae dei non sunt subiecti. Si enim qui per legem, haerides
 sunt, exinanita est fides. Si per legem, iustitia, ergo xpus gratis mortuus est.
Ergo euacuatum est scandalum crucis. Ac per hoc illi inimici sunt crucis eius,
qui per legem dicunt esse iustitiam, ad quam iubere pertinet, non iuuare; =
gratia vero dei per Iesum xpm dominum nostrum in spiritu sancto adiu-
 vat in firmitatem nostram. quam obrem, qui secundum iustitiam, quae
 in lege est, sine fide gratia xpi viuit, sicut se apostolus sine querella vixisse
 comone morat, nullam veram putandus est habere iustitiam; non quia lex
 vera, et sancta non est, sed quia obedire velle lit. erg. iubenti, sine viuifican-
 te spiritu dei, velut ex viribus liberi arbitrii, iustitia vera non est. Iustitia
 vero secundum quam iustus ex fide viuit, quoniam per spiritum gratia =
 homini ex deo est, vera iustitia est, quae licet non ~~immerito~~ in aliquibus viris
 tibi, pro huius vitae capacitate perfecta dicitur, parua tamen est ad illam mag-
 nam, quam cepit aequalitas Angelorum.

50

57



Idem s. Pater

51

Augustinus eodem libro, et Cap. prior dixerat, cum ergo illa lex Dei sit, quid tibi Augustinus
suam volent habere, sed proiecit, ut se ex coram iustitia missa quia hoc est, esse
esse sub lege, qui ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere,
iustitia Dei non sunt subiecti. Putant enim se arbitrii sui viribus implere
legem iubentem, et ita implicati superbia ad gratiam non convertuntur
iuvantem.

PA

Sic eos litera occidit, aut aperit etiam eos sibi reos, non faciendo, quod prae-
cipit, aut putando se facere, quae spiritali, quae ex deo est, non faciunt,
charitate. Ita remanent, aut aperte iniqui, aut fallaciter iusti, in aper-
ta iniquitate evidenter eliti, in fallaci iustitia insipienter elati, ac per
hoc miro quodam modo, sed tamen vero, iustitiam legis non implet. Ius-
titia, quae in lege est, vel ex lege, sed quae in spiritu gratiae, iustitia quippe
legis impletur in eis, sicut scriptum est, qui non secundum carnem am-
bulant, sed secundum spiritum, secundum vero iustitiam, quae in lege
est, se fuisse sine querella in carne, non in spiritu dicit Apostolus,
et iustitiam, quae ex lege est, suam dicit fuisse, non dei. Intelligendum
est igitur iustitiam legis non impleri secundum iustitiam, quae in lege
est, vel ex lege, id est, secundum iustitiam hominis, sed secundum iusti-
tiam, quae est in spiritu gratiae. Ergo secundum iustitiam Dei, hoc est, quae
homini ex deo est. quod planius, et brevius ita dici potest, iustitiam le-
gis Dei non impleri, cum lex iubet, et homo quasi suis viribus facit,
sed cum spiritus adiuvat, et hominis non libera, sed dei gratia li-
berata voluntas facit. Legis itaque iustitia est iubere, quod deo pla-
cet, vitare, quod displicet. In lege autem iustitia est servare literam,
et extra illam nullum dei adiutorium ad recte vivendum requirere,
cum enim dixisset non habent meam iustitiam, quae ex lege est, sed
eam, quae est per fidem xpi; addidit, quae est ex deo; ipsa est ergo ius-
titia dei, quam superbi ignorantes suam volunt constituere. Non
enim propterea iustitia dei dicitur, quia deus iustus est, sed quia ho-
mini ex deo est. Hactenus Augustinus.

§ 8. Scholasticorum, Theologorum confirmatio.

52

Quo facilius exactiusque percipias, quae hactenus dicta sunt, libet hic subijce-
re sententias duorum doctissimorum virorum nostrae societatis. Pater
Joannes Apor institut. Mor. lib. 6. cap. 2. q. 4. ad finem sic habet. Diffe-
rentia itaque, quam Augustinus inter veteris, et novum testamentum con-
stituit, haec est: quod Moyses in lege à deo data terrena bona proponebat,
quibus incitaretur, ac moveretur populus ille ad eam custodiendam, et
implendam. comminabaturque huius vitia mala, quibus à legis con-
tione avocaretur. Sub typis vero, vmbriis, et figuris spiritualia, et aen-



bona lex illa contineret. At in nova lege xpi nos excitat, ac movet ad eam
 reddendam promittenda plane, et aperte sine typis, et ombis spiritualia,
 eterna, et sempiterna, et in medio, verba haec refert Augustini. Pene nu-
 lla in euangelica, atque Apostolica doctrina reperiuntur, quamvis ardua,
 et divina praecpta, quae illis etiam libris veteris testamenti desunt. Pro-
 inde si figura discutiantur, omnia ibi prophetata repereruntur, quae sunt
 praesentata, vel expectantur praesentanda per xpm. Deinde addit
 varias sententias veteris testamenti, quibus spiritualia promittuntur non
 est dubium, ijs nempe, qui fide, obedientia, et charitate eam legem cole-
 rent, et servarent, imo eas donatos gratia dei, qua iusti, coram deo fierent,
 et hinc mortalium vitae vinculis exoluti, impiorum penas euaderent, ut
 tandem promissa, et destinato tempore cum xpo domino in caelum evola-
 rent. Unde est illud Ps. 111. in memoria aeterna erit iustus. Tobia 12. fi-
 lij Sanctorum sumus, et vitam illam aeternam expectamus, quam
 deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo, et simi-
 lia. Tob. 4. Job. 19. Sap. 5. Dan. 12. Isai. 56. Gen. 15. et 17. et 22. 18.

Pater franciscus Quaref de leg. lib. 2. cap. 6. dicto 4. non videtur dubium,
 qui non homines sub lege viuentes promissionem haberent vitae aeternae,
 illam sperarent, quod. (praeter ea, quae supra retulit) confirmat Apo-
 stolus Heb. 11. ubi facta longa enumeratio iustorum illius temporis concludit, Et
 hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repro missionem; quod necesse
 est intelligi de repro missione aeterna. Nam temporales promissiones multi acce-
 perunt. de quibus in principio dixerat, Sancti per fidem vicerunt regna, opera
 ti sunt iustitiam, adepti sunt repro missionem. Denique non solum pena tem-
 poralis, sed etiam aeterna cognocebatur, et timenda proponebatur in illo tem-
 pore. Et constat ex iisdem locis. Unde etiam tunc peccando mortaliter reatus
 illius pena incurrebatur. ut est de fide certum. Ergo necessarium est, ut et
 iam aeternum praemium proponeretur. Nam haec duo con nexa necessario sunt,
 et eadem est utriusque ratio. Testimonia ad hoc confir mandum protulerat
 Ps. 118. Inclinaui etc. 2 Mac. 7. Martyr quidam dicebat, Rex mundi defunc-
 tos nos pro suis legibus in aeterna vita resurrectione suscitabit. Isai. 64. aet-
 erni praemij dignitatem exaggerat, oculus non vidit deus absque etc. et cap. 1.
 de caetero aeternum praemium dixit. Ezech. 18. Qui fecerit iudicium, et iustiti-
 am vita vivet, nempe aeterna. Paulo in ferius addit, Lex proprie sumpta
 non proponebat praemia aeterna, sed temporalia, neque illum afferri
 testimonium potest ex propria lege, in quo spiritualia promissiones fiant,
 nisi sub anigmati, et figuris. explicum Augustino, et A. Tor. ut supra) ni-
 hilo minus verissimum etiam est homines sub lege constitutos habuisse pro-
 missionem vitae aeternae, et spiritualium bonorum, et fidem, ac spem
 eorum, sine qua impossibile est remissionem peccatorum obtinere.
 Heb. 11. Accedentem ad Deum etc. Hanc tamen promissionem non ha-
 buerunt Iudaei ex lege, sed ex Patribus, (ut sic dicam) utique per traditio-
 nem

53.

54



eorum. Nam principio ecclesie facta est hominibus fidelibus, et in eis per
 traditionem permansit fidelibus, et in Abrahamo renouata est, et expressior
 facta, unde est illud in officio defunctorum, Signifer sanctus Michael re-
presentet carinlucem sanctam, quam olim Abraham promissisti, et semi-
mi eius. Sic ergo ad Populum israeliticum per venit, et postea per pro-
 phetas scripta est, non tanquam noua, sed tanquam antiqua. quod
 totum satis probat testimonium Pauli Heb. 11. ubi incipiens ab
 Abel, et progrediens per patriarchas, usque ad prophetas, omnes
 citat habuisse hanc promissionem. Lex ergo nullam promissionem spi-
 ritualem huic antiqua addidit. itaque D. Thomas 1. 2. q. 100. art. 2. ^{um} explicat Pau-
 lum, et Hebr. et Leuit. sententias de vita temporalis, aitque in lege solum tempora-
 lia bona fuisse promissa, quod et Heb. 7. indicare videtur Paulus cum inquit,
nouit testamenti meliorem esse spem, (nimirum de aeternis bonis) per qua
approximamus ad Deum, et cap. 8. melioribus sancitum esse promissionibus.
 utique quia promittat aeterna, et vetus temporalia. vide Augustinum de
 ciuitate Dei 18. fine, reuelante testamento nouo, quod in veteri velatum fuit,
 ut pro terrenis, et temporalibus beneficijs, quae diuina providentia permixte
 bonis malis que concedit, sed pro aeterna vita, muneribus que perpetuis, et
 ipsius supernae ciuitatis ^{societate} colatur deus vnus, et verus.

Textus.

V. 13. xp̄us nos redemit de maledicto legis factus pro-
 nobis maledictum, quia scriptum est, Maledictus om-
 nis, qui pendet in ligno: V. 14. ut in gentibus benedic-
 tio Abraham fieret, in xp̄o iesu, ut pollicitationem spiri-
 tus accipiamus per fidem.

Syr.

13. Porro Meschicho nos exemit ab execratione legis, ipse q̄
 factus est pronobis execratio, scriptum est enim exe-
 crabilis omnis, qui suspenditur in ligno, * ut inter gentes
 esset benedictio Abraham per ieshua Meschicho, ut nos
 accipiamus promissionem Spiritus per fidem.
 Arias Mont. V. 13. ut Eras. V. 14. ut vulgata.



12
V. 13. Eras. Xpus nos redemit ab execratione legis, dum pro nobis factus est execratio. Scriptum est enim, execrabilis omnis, qui pendet in lino, ut in gentibus benedictio Abrahæ veniret per Xpum Jesum, ut promissionem spiritus acciperemus per fidem.

Theoria

de connexionione ~~concordantia~~ v. 13. & 14. cum precedentibus

Quorsum hæc Apostolus hic subdat, qua ueratio ne cum superioribus connectenda voluerit, varie exponitur, S. Tho. et Theod. ita. **O**ten-
dit prius vim legis in obstringendo, et inferendo maledictionem, et imbecillitatem in iustitia conferenda; iam proponit, a quo maledictio expellenda, et iustitia sit danda; nempe a xpo auctore fidei, et gratiæ, quæ dona nobis sua morte crucis promeruit.

S. Chrysost. novum hoc esse argumentum; quo probatur iam legis execratione eos esse solutos, qui illi subditi fuerant: si quidem Xpus hoc perfecit, ut si delictorum pro debitoribus solueret.

S. Bruno. et Theoph. occupatione inquirunt, occurrere eis, qui adhuc cum fide putantes sedebere legem facere, timerent maledictionem eius; quam minimè timendam docet Apostolus; ut potestiam ablatam per Xpum, quod et Moyses imponendo tam in tolerandum onus, prædixerat.

 culpam, maledictio ipsa, inquam, est pena in vultu homi-
 ni, vel in vultu propter eam, quam admittit culpam.
 Sed hoc interest inter maledictionem, et penam, quod

Passiones in
 Deo non sunt
 opera.

Sen. 3.
 16. 12.
 27. Deut.

40.

hoc

hec magis tenet ex parte patientis, ac recipientis, illa vero magis con-
 notat agentem, siue inferentem illam. Est nempe plena supplicium
 peccati, siue peccantis multa, ac vero maledictio est veluta sententia
 Judicis damnantis peccatorem, seu assignantis, et taxantis, siue
 supplicium, siue multam peccato res pondentem. Quocirca si hec
 vera sunt, non est cur pericamus diversam esse maledictionem,
 qua dicitur maledictus omnis qui pendet in ligno, Deut. 21. 23. ab ea
 qua Deut. 27. 26. dicitur maledictus qui non permanet in sermo Deut. 27. 26
inibus levis, sed eiusdem generis esse utramq; maledictionem,
 siue scilicet actus pro sententia assignante poenam, seu pro ipse
 poena in peccatore recepta. Ex quo rursum patet non esse ali-
 ud maledictum a quo xpus nos redemit, aliud autem, quod
 ipse suscepit, ut nos redimeret, sed idem omnino. Nam ut
 constat ex Augusti supra citato lib. 14. contra Faustum, illam
 maledictionem xpus suscepit moriens in cruce, quam Ada-
 mo comminatus est. Deus Gen. 2. 17. in quacunque die comede Gen. 2. 17
ris, morte morieris, et ab hac ipsa redemit Adamum, et to-
 tum humanum genus. Maledictiones autem omnes, quas
 et Deus, et Moyses, siue scriptura sacra proponit, vel delin-
 quentibus, vel praevariantibus Legem, ac mandatum di-
 vinum, partes quaedam sunt illius universalis, ac omnino
 maledictionis, omnes enim miserie, quibus repletur homo,
 ex illo principio manant, omnes in mortem tendunt.

41.

¶ Secundum hanc igitur rationem dicendum esse necesse omni-
 no dictum est a D. Hieronymo eum qui in nocens subla-
 tus fuit in cruce, nullatenus esse maledictum, si qui-
 dem maledictio non potest nisi ex culpa venire, qui
 vero caret culpa, licet iniuste poenam patiat, tamen
 a maledictione liber est. Sicut enim dixit illa apud Livi-
 um Lucretia, ego, et si peccato me absolvo, supplicio non
 libero, ita, et potiore iure, dixerit, absque peccato pendens
 in ligno, ego etsi poena non liberor, a maledictione tamen
 absolvor. Cur igitur xpus qui innocens captus in cru-
 cem mortuus est, dicitur a Paulo factus maledictum
 et a Moysse quatenus pendens in ligno dicitur, maledictus?

§

Hor

Hoc opus, hic labor est. Hoc querimus à principio. Respondeo autem, quod iam supra sepe attigi, et dicere hic cupio fusius, clarius q. Xp̄s Dominus, cum esset filius Dei, factus est homo, ea propter, ut veluti pars quaedam hominis, hominis debitum solveret, imo ut caput totius humane nature, ipsam humanam naturam à peccati debito liberaret. Ut hoc autem præstaret, et perfecte præstaret, pro suo habuit peccatum Adæ, imo omnia hominum peccata pro suis habuit, pro suisq. tandem recognovit, dum pro ipsis debitas penas redderet, Xpi enim sunt illæ clamores. Ps. 21. 2. Longe à salute mea verba delictorum meorum; et Ps. 39. 13. Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus; comprehenderunt me iniquitates meæ. etc. loquitur Xp̄s, ut caput humani generis, et sui corporis delicta sua appellat, et merito, si quidem non in vitis, sed spontaneus, liberaq. et prompta voluntate ea in se s. Avenda suscepit; annuente etiam Patre ex nobis ad se transulerat, ut sacer vaticinatus est Isaias. c. 53. 6. omnes, inquit, nos quasi oves erravimus, unus quisq. in viam suam declinavit, et posuit dominus in eo iniquitates omnium nostrum. in eo, inquam, tamquam in vade, vino et capite, Duce, ac principe humani generis, nostra scelera imposita videt, et vltus est. igitur qui donatus est homo fieri, et similitudinem carnis peccati, seu peccatrici, ut Græce λέγουσιν (καρὸς ἀμαρτωλῆς) suscipere, et hominum vademonia præstare; caputq. eorum, ac princeps esse voluit, nec maledictionem peccati comitem, nec mortis penam accerbissimam, et inominosissimamque in ipsa maledictione, tamquam in Dei sententia, ac damnatione, includebatur, vel recusavit, vel abegit, quia potius obvijs vltus, brachijs expansis suscepit. Hoc totum uno verbo significavit Apostolus cum dixit, factum pro nobis maledictum. sub maledicto enim, et pena ipsa intelligitur mortis, quam maledictio continebat, et peccatum etiam pro quo ipsa maledictio, seu pena mortis decreta fuerat.

Advertendum est autem Xpi personam, imo ipsius etiam humanitatem semper, etiam e cruce pendentem, clavus

affixam



affixam, probris obrutam, flagellis laceratam, spinis com-
 punctam, milleq; tormentis, atq; iniurijs afflictam, et agita-
 tam; semper inquam, charissimam, dilectissimamq; Deo Patri
 fuisse; tamen, quatenus similitudinem Adq; peccatoris accepe-
 rat, imaginem q; referebat ~~carne~~ carnis peccati; quatenus
 inquam (ut precessit in Vaticano Jacob) hadorum pellibus
 & peccatis nostris induta erat, et contacta, representabat q;
 sceleratos homines in sua persona latentes, sic tandem vi-
 sam esse dignam, quam Deus Pater deserere ~~ret~~, odio habe-
 ret, execratur, ^{de}deris, maledictionibus prosequeretur, omni-
 bus supplicijs, multandam, mactandamq; iudicaret; imo pro
 ipso maledicto, et anathemate habendam traderet. Et tunc
 tandem aliquando intelligas o homo, quanto sit dignum
 odio peccatum; quam ~~q;~~ eius vel imaginem, vel umbram
 oderit, execreturq; abominatur, qui ne filio suo quidem peper-
 cerit, illam veluti peccati larvam gerentem; sed tam in illius hu-
 manitatem accerrime animam verterit, in vectusq; in eius corpus
 sauerit; ut non hominem flagitij notatum, coopertumq; undique
 peccatis persequi visus sit; sed ipsum met perse flagitij, et pecca-
 tum mactare, atq; extinguere, deq; hominum memoria abra-
 sum funditur ex ipso mundo voluisse. Sic illud interpretari
 licet, 2 Corint. 5. 23. Quisquis non noverat peccatum, pro no-
bis peccatum fecit & peccatum reputavit, quoniam non mi-
tis in illud animam vertendum decrevit, quam in ipsum met
peccatum, si seorsum indentum esset. Nam, ut in Caprum
 emissarium omnia populi scelera portantem omnium et Dei
 et hominum maledictiones iactabantur; ita etiam Dei et ho-
 minum execrationes in unum Dei et hominis filium Xpum
 Jesum personam, et similitudinem gerentem peccatoris con-
 gesta sunt. Hoc est illud quod Paulus significavit Rom. 8.
Deus mittens filium suum in similitudinem carnis peccati
et de peccato damnavit peccatum in carne. q. d. enaquel
tra ge de carne de peccato y como si fuera el mismo peccado.
 Secundeno portal. Ut cum praetor civitatis inventum habi-
 tu saeculari clericum quasi convictumq; reatus gravissimi
 agit

agit in cruce. Misit itaq; Deus filium suum carne tectum, simili ei
 carni, quæ morti propter peccatum subiecta erat, et in ea carne i. in
 corpore Xpi damnauit peccatum de peccato i. peccatum commune
 latens sub illa imagine condemnari permisit de malitia tota,
 quam continebat, de peccato hic loquitur Apostolus per proserpionem
 iam, quasi peccatum esset persona delata ad iudicium, ac per
 iudicis sententiam de crimine damnata. Et certe Xpius fuit
 hæc persona in carne sua passibili representans peccatum,
 i. totum corpus generis humani peccato obnoxium. Hoc in
 Xpo per Pilati sententiam sublatu in cruce, damnatum
est de peccato et morte multatum. Quod enim Xpius passus
 est pro hominibus, hoc in Xpo homines passi sunt, sic enim
 scriptum est. 2 Corint. 5. 14. si unus pro omnibus mortuus est,
omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Xpius.

Corin. 5. 14
 Corin. 10. 33
 Sap. 2. 20

Ex dictis intelligi potest non esse necessariam ad expolitio-
 nem suam loci Paulini factu pro nobis maledictum, illam
 distinctionem maledictionis in alteram actiue i. culpæ, al-
 teram passiuæ i. pænæ. Siquidem maledictio pænæ semper
 est, quæ culpam necessario sequitur. Quare quod Xpius opi-
 nione hominum præsertim Iudeorum estimatus fuerit pecca-
 tor, et culpa reus, ita, ut dicerent, si non esset hic malefactor etc. Ioann. 18. 30

44

et de opere bono non sapiamus te, sed de blasphemia etc. Ioann. 10. 33.
 nihil refert, ut probetur factu maledictum. Siquidem ex Deut.
 testimonio sufficiens probatur.

Chry. 1.
 Sap. 2. 20

Quod verò (ut ait Chry. 1. 10) crucis fuerit turpis, atq; exprobra-
 bilis, ut pænarum omnium reuerentia, et apud Iudeos male-
 dicta, et inter gentes abominanda; unde illi dicebant, Sap. 2. 20

45

more turpissima condemnemus eum; et lignum crucis
 dicitur contemptibile lignum; imo crucifixus in ligno mortuus
 dicitur contaminaturus terram, nisi illico sepultura con-
 mittatur, et contegatur; quam summam inonominiam + ^{vsq; ad mortem}

Sap. 2. 20


crucis significauit Apostolus illa condemnatione, mortem
 autem crucis; Hæc, inquam, non probant maledictio nem
 aliquam esse comitem pænæ solius, sed nulla, vel certe no grauis
 culpa præcesserit. Nam omnis infamia, seu turpitudinis



nota

autem per repromissionem Donavit Deus.

215 gnt



Translationes alia.

Arias. V. 15. (Secundum hominem dico) tamen hominis authenticum testamentum, nemo abrogat, aut super ordinat.

V. 16. At Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini eius, Non dicit seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini qui est xp̄us.

V. 17. Hoc autem dico testamentum ante authenticum a Deo, quæ post annos quadringentos et triginta facta lex, non irritat ad abolendam promissionem.

V. 18. Si enim ex lege hæreditas, non amplius ex promissione. At Abrahæ per repromissionem gratificatus est Deus.

Eras. V. 15. Fratres secundum hominem dico, hominis licet testamentum, tamen si sit comprobatum, nemo reicit, aut addit aliquid.

V. 16. Porro Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini eius, Non dicit, et seminibus, tamquam de multis, sed tamquam de uno, et in semine tuo qui est xp̄us.

V. 17. Hoc autem dico, testamentum ^{ante} comprobatum a Deo erga xp̄um, Lex quæ post annos quadringentos et triginta capit, non facit irritum, ut abroget promissionem.

V. 18. Nam si ex lege est hæreditas, non iam ex promissione. At qui Abrahæ per promissionem donavit Deus.

Φ § Syr.

Syr. V. 15. Fratres tamquam inter homines loquor, testamentum hominis, quod confirmatum est, nemo reprobat, aut invertit in eo quicquam.

V. 16. Abraham autem promissa est promissio et semini eius, non dixit et seminibus tuis quasi plurimus, sed semini tuo, tamquam unico, qui est Meschiho.

V. 17. Hoc autem dico, nempe testamentum, quod ante confirmatum est, a deo, in Meschiho: Lex ipsa que facta est post quadringentos et triginta annos, non potest improbare, et obliterare illud promissum.

V. 18. Quod si ex lege est hereditas, iam non est ex promissione. Abraham autem per promissionem dedit eam deus.

Acoluthia, et Argumentum.

1. Hactenus argumentis divina auctoritate fultis, non ex lege, sed ex fide iustitiam provenire ostendit, nunc idem vult demonstrare argumento ex rebus humanis allato. Nam homines plerumque per ea, que sibi magis nota sunt, et experientia tenuerunt, duci solent ad veritatis intelligentiam.

Syra, qui conclusionem intentam ab Apostolo tria continere asseruit, scilicet iustitiam, benedictionem, et hereditatem per fidem et non per legem sperandam fuisse, et accipiendam primum dicit probatum a Versu quinto, at secundum a Versu octavo. Sed hic a Versu 15. probari 3.º sed melius, opinor, dicatur probari a Paulo. His omnibus versibus spiritum, sive iustitiam, aut gratiam, benedictionem ve, atque aeternam hereditatem, que est celestis beatitudo, per fidem xpi haberi oportere, et non ex lege Mosaiica, aut eius operibus. sed cum hæc ita se habeant, ut unum inferat alterum vel sine altero esse nequeat, sapienter divinum Apostolum iam hoc, iam illo vocabulo uti: ne iteratione, aut repetitione satiet lectorem, sed potius varietate demulceat, ac retineat attentum.

Argumentum est, a maiori ad maius, ut notavit Jo. An. Abou. Si hominis legitimum testamentum, nemine contra deum validum

Handwritten symbols and flourishes at the bottom of the page.

validum est, ratumque, et firmum habetur, Testamentum à Deo
conditum, et immutabiliter etiam iure iurando confirmatum
non debet, quasi invalidum, aut infirmum, irritum ve ha-
beret. Habeatur autem si non per illud, sed per legem dica-
tur benedictio danda filiis spiritualibus Abraha, quibus
per Testamentum legata, et per semen eius unicum id est per Christum
impartienda promissa est.

Argumenti vis ostenditur.

Humano more, aut exemplo utor. Sa. Amo sic melius,
de Deo, quasi de homine loquar. Certe si Deus pactum icit cum
homine, vel testamentum in hominis favorem condidit,
in iuris simile, qui in tali pacto, aut testamento, firmita-
tem, stabilitatem, constantiam, immutabilitatem,
non ad miserit. Hec est enim natura testamenti, aut pacti
inter homines, ut nullatenus rescindi immutari ve liceat.
Quid videtur tibi de Jure legem post 430 annos. Latam oppo-
nis contra pactum, testamentumque cum Abrahamo, et se-
mine eius sancitum, et omni solemnitate constabilitatis,
que inter homines ass. let ⁱⁿ venire, imo et iure iurando
et ceteris necessariis ritibus, ac ceremoniis, vel conditionibus
inequisitis confirmatum, corroboratum, atque in violabile,
redditum! Nunquid Lex lata post tam immensum tem-
poris interstitium 400 videlicet et 30 annos infirmare,
cassareque potest tale factus ex utraque parte acceptatum, aut
testamentum tanta auctoritate stabilitum abrodare, aut
de promissione aliquid derogare. quominus illa efficax sit
et suam sortitur effectum minime vero.

Z

scripsit. serip. intendit Apostolus illam calumniam submovere, quae dicebant
quidam, nisi fidei adiuvarentur operalegis Moisaica, frustra pro-
missionem exigi, et expectari.

Scholia seu commentarius

V. 15. Frates. sic appellat, ut asperitatem leniat, quam praeserebat
cum supra. V. 1. insensatos dixit, ostendatque non ex odio eorum,

3.



sed.

sed in dictionibus facti eorum, tunc comendatum fuisse, mandata
amen benivolentiam, quae eos complectitur in animis firmis
mam, et stabilem.

Secundum hominem dico. Ex rebus, quae inter homines quotidie
accidunt, quaeque in hominum consuetudine posita sunt, vobis cum agam.
ut facilius capiatis divina; ad humana descendendo. Hoc dicit (inquit
ambrosius) quia exemplo humana causa commendare vult
rationem divinae promissionis. Quoniam (ait Hieronymus)

4. Sump. 112;

non ad Galatas huius usus est argumentis, quibus ad Romanos,
sed simplicioribus, et quae stulti possent intelligere, et pene
Oetruvio, ne videretur imperitia, et non arte secisse, prudentem
placet ante sectorem, et quae dicitur est temperat praefatio
ne praemissa. Q. D. quae dicitur sum fratres, non dico secundum

Deum, non dico secundum reconditam sapientiam et eos,
qui seculo possunt vesci cibo; sed secundum eos, qui obtene
ritudinem stomachi lacte rore percipiunt, et nequaquam
valent audire quae grandia sunt. Sic 1. Corint. 7. loquor et
non Dominus. Et 2. Corint. 11. 17. quod loquor, non secundum

Deum nam loqua, sed in insipientia. Hanc autem praemuni
tionem (addit Hieronymus) non solum propter similitudinem
de testamento hominum, sed potius propter id, quod subicitur
non dicit in semine subiecta, sed quoniam enim in scriptis Sa
cris legitur pluraliter semina, sed singulariter semen.

item quod etiam videtur voce testamenti pro pacto, in qui
bus videtur id fecisse, quod promissit, nec reconditis utrum
sensibus ad Galatas, sed quotidianis, et vellebus, et quae po
ssent, nisi praecaveret, prudentibus displicere.

4.

Variae expositiones huius phrasae secundum hominem sunt.
Humana (inquit Primatus) comparatione loquor, cum pa
vari enim humana divinis propter evidentiosem intellec
tum possunt, aequari non possunt. idem putatur Hieronymus.

Catharinus secundum hominem, i. secundum huma
nam traditionem, quae rationabiliter facta creditur, et pro
batur ab omnibus.



Chrysoth.

Chrysostomus, Secundum hominem, i. humanus, inquit, ut or
 exemplis.

Theodorus. Theophyl. Gaon. Eras. Sa. Mariana. Similiter.

Vat. quae interpretatur exemplo rerum humanarum, sed addit,
 Rom. 3. eadem phrasi significari more carnalium et impru-

dentium hominum; sed Hierony. ut apparet supra non distin-

quit inter hos sensus, sed pro eodem reputat. 1. Corint. 15. 32.
 si secundum hominem, ad bestias pronavi Ephesi. quod mihi
 prodest, si mortui non resurgunt, i. more hominis in sapientis

gladiatoris instat, pro gloria huius mundi, et non pro salute
 aeterna. Et 2. Corint. 11. 17. Quod loquor, non loquor secundum
Deum, sed quasi in sapientia interpretatus est anti-
 theum, secundum hominem, quod versu sequenti dixit secun-

dum carnem. 1. Corint. 7. 8. nam secundum hominem
 haec dico: An et sex hae non dicit! Neputetis me humana ra-

tionibus, et non potius divinis. i. non quasi philosophus,
 sed quasi Theologus loquor; ex lege divina argumenta de-

primo. hic locus magis explicat, quem praesentem habe-
 mus, licet hic assumat, quod sibi exprobat.

¶ At itaque Apostolus secundum hominem dico, i. non solum
 ex revelatis in sacra scriptura perspiritum sanctum, quae

superiora sunt, et homines captum excedunt, quaeque fide
 tenentur, et non sensu; sed ex iis etiam, quae in hominum sunt

consuetudine, et moribus; quae homines intelligunt, et quo-
 tidiano usu versant, argumentum assumam, quod vidi

Non enim rem tractabo, quae me facilius percipiat. Sic Christus
 Joann. 3. 12. Nicodemis. Si terrena, inquit, dixi vobis et non cre-

ditis, quomodo si dixero caelestia credetis.
 Homines rustici et impoliti facilius intelligunt linguam,

seu loquelam sibi similibum rusticorum, quam civium po-
 liti corum; magis etiam eos humana, quam divina capiunt.

Secundum hominem dico, non nulli parentes, circumscri-
 bunt, quod necessaria non puto, cum si auferatur, multum

de sententia auferatur; et particula subsequens, tamen
 ita suadet, quae si prolicet, dicatur posita a quibusdam,

ut

Ut videre est apud Erasmum. in marginali annotatione. Erasmus
 Verum et ipse Erasmus rem melius expressa, aliter ibidem
 docuit. Tamen d. mos. Hic p. mas conto do so. correctio est. Correctio
 Superioris dicti, est veritatis sententia, Humana loquor,
 que cum Divinis conferenda non sunt. Tamen hominis tes-
 tamentum nemo spernit, quis ergo Divinum audeat
 spernere. Vel sic, exemplum profero. deus, que apud
 homines usu stabilita sunt, qui certe homines ex sua
 natura inconstantes sunt, et facile mutari solent,
 Amen hoc in re constantiam tenent, immutabili-
 tatem amant, et in violatè observant, hominis itaq;
 testamentum legitimum, et authenticum nemo in-
 vertit. ~~veritate~~. Hunc sensum Valquel affert, licet aliter dis-
 pingat in veritat & verbat, quod necesse non est. Sensus
 enim est certus, quem proposuimus, et particula adver-
 sativa, Tamen cum reduplicatione illius nominis per
 traductionem repetiti hominis emphasis habet, plus
 que significat, quam sonat.

6. Translatio Arice Montanis. Græcis verbis adaptata. Translatio
num. Arice
 magis congruit nostræ vulgatae, quæ est Erasmi, et si
 sensum retineat, non tamen verba sequitur; Syriaca
 non continet emphasis Græcæ, ac vulgatae Latine, quæ ce-
 teris præferenda est.

Confirmat nostram expositionem Anselmus. Sic, Deo Anselmus
secundum hominem, i. humanam consuetudinem, in
 qua licet saepe desit firmitas, Amen firmum est testamen-
 tum hominis, i. ab homine factum. Hoc hæreditibus, si cetera
 mentum Divinarum pro multo minus datum Abraham non
 potest per subsequenter legem in firmari. Intellexit
 itaque ad emphasis particula Tamen explicandam
 supplendam. (In qua licet saepe non sit firmitas) quæ excep-
 tio in ipsa natura hominis subintelligenda relictæ est
 ab Apostolo brevitate studio.

7. Confirmatum, Arice, authenticum, Erasmus, compro-
 batum. Ambrosius, confirmatum authenticum legitime Testam
conclit

... scripturae, et sic sufficiens est. Secundo cum leges, et statuta
... Chyrogriapha, et ob illud quod cum constant, ipse quoque testamentum
... sub scriptum, publicam videtur auctoritate comprobatum
... et per hanc morte confirmatum. Heb. 9. 16. 17.

Primasque, cum scriptum testamentum, non dicitur
sine morte.

Testamentum proprie hic intelligitur nihil obstat, etiam si in se
non est in propria dictione sit. Versu 17. Nam cum testamen-
tum homines pactum, quoddam sit inter testatorem, et
heredem, cumque legitimum est, et confirmatum mor-
te sub sequente inter pacta omnia firmissimum et ma-
ximè stabile, aequa perpetuum existat, et uti quidem
assueri poterit ad probandam firmitudinem, et perpetua-
tatem pacti promissioni in tali cum Abrahamo. Si tamen di-
ca testamentum positum esse pro pacto aut fœderamento
est, scriptura sacra, non valde repugnabo, Nam, et
testamentum, quod singulari pacto est, pro pacto
in genere poni potuit per tropum Symedochem, sed in
praenuclatione de testamento disputabimus.

Nemo spernit, aut super ordinat. Postquam inter pacis
centes convenit de re quacunque, nemini eorum, ne dum alijs
integrum est, neque ullomodo licet revocare, aut innova-
re quicquam ex ijs, quae conventionis syngrapha continet,
Natum ergo cum sit, ac firmum, quod homines promittunt,
quod de promittit, pactusque dei sentire par est. Pacta, con-
ventaque inter viuentes, cum iam ex utraque parte confir-
mata sunt, et acceptata, nisi de utriusque partis consensu
desindi nefas est, atque adeo, nemo spernit, aut super or-
dinat. Nemo spernit, ut in explicitum relinquat, aut
super hoc aliter ordinat, testamentum, Heredes, legatave
pro arbitrata suo aliter dispositio, atque designat.

Nemo spernit, aut super ordinat, Testamento hæc duo
possunt accidere contraria voluntati testatoris, ut
scilicet pro nihilo fiat, reiciaturque, atque spernetum, et
abietum, relinquitur, alterum ut tanquam minus

plenum.



3.

9.

10.

De 17.

Testamentum

Testamentum

Testamentum

Testamentum

Testamentum

Testamentum

plenum suppleatur, aliqua de ~~re~~ ^{re} adiecta dispo-
sitione, neutrum tamen horum fit, neque fieri consuetudo
humana permittit, que legis instar est. Hæc duo proban-
da sunt Apostolo, non permittenda esse contra promissio-
nem Abrahamo factam; nec eam ut despectam sper-
nere licet, nec quasi diminutam, supplere.

Est igitur hæc vis argumenti, humana pacta legiti-
me iurata, quale est testamentum authenticum, sancta
sunt, atq; ita inviolata habentur, ut præter apertam
declarationem contrahentium, vel consensionem, ni-
mo abrogare possit, aut aliqua re adiecta supplere.

Deus cum Abrahamo pepigit, et cum semine illius.
Ergo neque abrogare potest lex pactum, neque
adiungere aliquid pacto, quo pactum diminutum fuisse
videatur. In testamento autem non est possibili reuocatio cum mate-
rita, seu irrenocabili reddita voluntas testatoris est.

Scholium in v. 16.

11.

Urb. Abraha dicta, i. facta per metonymiam, signum
pro re posita. Sic illud Mat. 20. 21. Dic ut sedent, i. fac,
sed certe deo, dicere facere est. Ps. 148. ipse dixit et facta
sunt, mandauit et creata sunt. Quoniam etiam pro mi-
seris nec verbo fiunt.

Abraha dicta promissiones, et per ipsum Abraham
dicta sunt semini eius, i. Xpo, sicut quando promi-
tuitur Patri fecunditas filiorum, augmentum ha-
reditatis, licet filius eius nondum sit, tamen in pa-
tre promissio fit filio. Bruno.
Unde illud Gen. 12. tibi dabo terram hanc et semini
tuo, coniunctio, et pro, idest posita est.

17.

Quid si dicere, idest, dicata ac designata significet. designa-
tione enim Deus ea promissa Abrahamo cui implenda erant, et
semini eius, i. Xpo per quem implenda. Promissiones enim nu-
mero multitudinis dixit Apostolus, vel quod multa conti-
nerent, S. Thomas, Caiet. vel quod idem frequenter promi-
sum repetitum fuerit, ac diuersis temporibus factum, Bruno
Lomb. Hugo. card. Anselm, Serip. sic. Hæc promissionibus



non

non hominum, sed Dei testamentum, non humanam, sed Divinam
Voluntatem continere intellige; atque ut testamentum hoc tan-
quam comprobatum et corroboratum haberet, dixit Promis-
siones, cum dicitur tantummodo fuerit promissio. Quae ut con-
stans, ac certa confirmata q̄ haberetur saepe legitur a Deo repetita.
Gen. 22. 17. 18. 19. 22. 23.

Benedictus Perei in 15. c. Gen. ita ait, consideret hoc loco. Lector
quem ad modum quae daturus erat Deus Abrahae non a princi-
pio simul omnia promisit, sed gradatim, et per intervalla
augens gradatim in maius, et melius promissionem suam
Namq̄ ei primo semen promisit, et quidem innume-
rabile Gen. 13. 15. 16.

Sed tunc dubium erat quale futurum esset illud semen,
Utrum naturale, an adoptivum; eam dubitationem subs-
tulit altera promissio Dei hoc loco data pollicentis ei Semen
naturale, id est ex ipso generandum, veniam etiam tunc
dubium esse poterat Abraham, nunc ipse generaturus esset
illam prolem ex Sara, an ex aliqua alia uxore, hanc
demum dubitationem abstulit Deus infra Gen. 17. cum
Aertiam ei dedit promissionem, prolem illam et ipsius et
Sarae uxoris sua futuram. Utq̄ Paulatim Deus, quae daturus
erat, multis et varijs promissionibus pollicebatur;
ea videlicet ratione mirabiliter eius fidem, spem,
ac longam inimitatem exercens, et illa brevem reddens.
Haec enus Perei xus.

Tria promissa fuerunt Abrahamo: Semen eius in star, stella
num multiplicatum in; idemq̄ semen posteritum et emam
Chanaan; ac demum in semine eius benedicendas omnes
gentes; quae omnes promissiones ad semen ex Abrahamo
generandum spectabant.

Theoria 1. Promissiones Dei ad
Abrahamum referuntur sigillatim.
Sed licet omnes promissiones hic referre, quas Deus varijs
temporibus in Abrahamo gratiam fecisse dicitur, ut inde
huius loci intelligentia magis dilucida, et perspicua sit.
Primum itaq̄ congressuro ex patre Abrahamo secun-
dum vocationem Divinam promisit Deus Gen. c. 12. v. 2. et 3.



in

13.

14.

Gen. 12. 3.
Perei
15. c.
13. 15. 16.

17. 16.

17. 7.

18. 9.

19. 23.

in hunc modum, faciam te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, hic verificatus Abraham dicta sunt promissiones Et dicit benedictus benedicam bene dicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, atque inter benedicentur omnes cognationes terrae Quot huius

versibus Promissiones contineantur, Vide supra V. 8. huius 3. v. 8. m.

capitis tertij ex Gaetano. At secundum enumerationem Pereyri sic habet. Promissa ab ^{um} numerata posteritas, ^{um} bonorum affluentia, ^{um} Charitas nominis ac fama, ^{um} Diuina benevolentia atq' tutela. 5. ^{um} Quod caput est ex ipso venturus Messias, per quem etiam hec omnia spiritualiter complectenda extor, ex parte tamen in Abrahamo temporaliter completa sunt et ~~ab ipso~~ ^{cum} carnali, ita ex Pereyro.

Eodem hoc capite V. 7. cum apparuisset Dominus Abrahamo ^{v. 7.} in terra Chanaan iam ingresso, et ~~in~~ iuxta locum Sichem exstitenti dixit. Semini tuo dabo terram hanc.

hic verificatus et semini eius in literaliter semine intelligitur carnale per Isaac descendens. Sic August. 6. Augustinus de ciuitate 18. Anagogice, terra promissionis est regnum celorum, Semen fideles. Sic Glos. ~~Qua~~ ^{autem} ~~partis~~ ^{Glotta}

Abraham aptissima et iucundissima continebat haec Dei Promissio, certam proles, et posteritati spem, simulq' possessionem terra Chanaan, ut exponit Pereyri not. Potest itaq' intelligi Paulus ad hunc locum hunc loco, cum dicit Abraham dicta sunt Promissiones, et semini

eius. Nam licet litera sonet, et indicet Posteror carna tes, allegoria tamen xpium designat, et eius cohaeredes, spirituales q' filios Abraham, ut explicat Pereyri in Disp. I. Supra Cap. 15. Gen.

15.

^{Postea} Gen. c. 13. V. 14, 15. 16. 17. Promissionem reuocari et explicari ⁱⁿ factis, dixit Dominus ad Abraham Postquam diuisus est, ad Sol, Leua oculos tuos, et uide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem et Meridiem, ad Ori entem, et Occidentem, omnem terram quam conspicias, tibi dabo, et semini tuo usq' in sempiternum, faciamq' semen tuum, sicut

pulverem



pulverem terrae, si quis potest hominum numerare pulverem terrae,
semen quoque tuum numerare poterit. Surge et per ambula terram
in longitudine et latitudine sua, quia tibi daturus sum eam.

*¶ In hac (ut dixi in praecedenti promissione) de semine carna-
li per Isaac. Ultra tamen ad huc respicit Deus ad terram. Viven-
tium, et spirituale semen Abraham Rom 4. 16. et 9. 8. Ita expli-
cat Aug. car. Avot. 16. dicitur. et illud in sempiternum. Confirmat
Nam terra illa Chanaan, non dicitur in eternum, sed nec lin-
gustico tempore (quod significat Hebraismus) vel ipsius
Aphani concessa fuit. dicit autem semen, et posteror Abraham
innumerabiles instar pulveris. xxi. ut 55. h. d. h. v. uata
Avot. cit. c. 1. Sic Num. 23. 10. Osee 1. 10. Sic Poeta tot mala sunt
quot in ethere sidera lucent. Parva est quot sicus capora pul-
veris habet. Sic Martinus del rig. Adde et Peri. locutio illa
semen Abraham possidebit terram. Chanaan in eternum
accipienda est non ut propria, sed ut figurata. Nam per semen
Abraham significantur omnes fidei virtutem Abraham
sectatores, atque incitatores. Sive et carnales posteri Abraham
sint, sive non fuerint. terra autem Chanaan a Deo promissa
et lacte ac melle fluens praesignificabat Ecclesiam Christi un-
iversam copia bonorum spiritualium affluentem, vel ipsam cae-
lestem patriam et terram illam viventium in enarrabili fe-
licitate et iucunditate praeditam. Iusti quidem habitabunt
in Ecclesia Christi in eternum, et usque ad consummationem se-
culi. Tandem etiam Christi Ecclesia, quae versatur in terra perman-
sura est. in caelesti vero patria et terra viventium habita-
bunt sancti in eternum. Sine ulla fine ac sempiterno ceu
caelesti beatitudine perfruuntur. Possessio autem terrae Chanaan
futura praedicitur eterna non in te, sed pro ut adumbrabat, et
figurabat vel Ecclesiam Christi, vel caestem terram viventium.*

Rom. 4. 16.
et 9. 8.

Aug. car. Avot. 16.
dicitur. et illud in sempiternum.

Del rig.

Abraham

promissa

in per

corum

L. 2.

Gen. 15.

¶ *Nam vero. Gen. 15. (post visionem de credibus. Gen. 14. descriptam).
Ut factus est sermo Domini ad Abraham per visionem di-
cens. Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, et mer-
cedis tua magnanimus. quibus verbis gratia sua chypcum*
in hac

in hac vita, et remunerationem gloria maiorem meritis
 et cogitatione promittit Deus suo fidei peregrino ac viatori.
 V. 4. addit, ut de semine proprio anxium consolaretur. Non
erit hic haeres tuus, sed qui conredietur de Utero tuo, & de inti-
matis substantia, Hebraei mus. ex intemur huius. Testes ex
lumbis tuis, in lumborum quippe musculos quosdam
confluit ex omnibus membris semen generationi
necessarium, (vide Peregrinum) ipsum habebis heredem.
 (in sinuavit Uaacum et in eo adumbravit tum xpm) et
 (V. 5.) Duxit eum foras (et tabernaculo scilicet) et
ait, illi; suscipe caelum et ~~numera~~ numeras stellas si potes
 (Orat autem nox innubis, et stellato clara poplo) Sic erit
semen tuum, & posteritas tua innumerabilis. Ut supra si
militudine pulveris magis ad carnale semen Abrahæ
attendit oraculum; ita modo ad spirituale magis
respicit. Quod stellas simile facit. Erat uolunt par
stellis numero pene infinito, magnitudine dignitate,
perfectior, et nobilitatis, altitudine sanctitatis, et uolunt
eternitate durationis, luce et splendore gloria. Vide Delm
Martinum del riu. Gen. 15. 5.

Protestatio
 Gen. 15.
 Hebraei
 Abul
 Testes
 Semen in
 Gen. 15.
 Christus in
 ara figurat
 Posteritas
 Abrahami
 Christiani
 seu filii
 Semen in
 Gen. 15.
 Semen spi
 rituale ut
 stellas.

17.

At eadem uisione iterum meminuit Dominus promissio
 nis terræ Chanaan, eamque confirmauit. imo iusto federe
 ita stabilitam corroboratamque uoluit promissionem
 ut nihil uideri posset caeremoniarum, aut solemnita
 tis amittere ad certitudinem, perpetuitatemque promissio
 nis, ac demum V. 18. in illo die pepit Dominus (inquit
 sacer scriptor) fedus cum Abrahamo dicens, Seminituo
dabo terram hanc, a flumine Egypti usque ad fluvium
magnum Euphratem. Nota hic dictum Seminituo, at si
pra tibi et seminituo, ubi particula et exegetica est, et pro
id est posita. Nam Abraham non est in gressus nisi per
semen et posteror suos terram promissionis, nec passum
pedis eius, ut ait Beatus Stephanus in possessionem
accepit, dum uiuere, tamen quam in significabat
et per se et per semen suum spirituale iam possidet possi
debit in aeternum.

Solemnitas per
 et caeremonias
 formas.
 Longitudo
 terræ prom
 iptionis
 Et
 Terra
 regnum
 rium

Handwritten symbols at the bottom of the page, including a large stylized 'S' and other decorative flourishes.

Postea

18.

Postea cum iam Abraham capisset esse nomina quanta no-
 mini connumerum, apparuit ei iterum Dominus, dixitque
 quod habetur. C. 17. Ver. ad Abraham, Ego deus omnipotens
 וְיָוָה אֱלֹהֵי שָׂדָי et fortis, et munificus, qui et potum,
 et volo te bonus cumulare. Sada i. se ipso contentus, si br suffi-
 cians nullius indigens, non potest esse nisi sit omnipo-
 tens, quare et si malus auctor, bene tamen dixit, polleat
 opera sua operibus nihil indigna nostris. Ambula coram
 me, et esto perfectus. Stude in omnibus mihi complacere, et
 in servitio; cuncta conare, quantum potest, perfecte confi-
 cere, utere ad calmen Virtutum cunctarum. Hoc tui mu-
 neris. Sto, mecum vero nam dico.

2. Ponam quod fœdus meum (de quo. C. 15) inter me, et te, et mul-
tificabo te vehementer nomine. 3. Cecidit Abram pronus
 in faciem, annuens et gratias agens et adorationis cul-
 tum exhibens. 4. Dixitque ei deus post conditionem pacti
 acceptam renovans fœdus, Promissionem iterans, et
 magis explicans, ac declarans, Ego sum, i. ego ille, qui so-
 lus sum semper idem, eternus et immutabilis. Sic as-
 truit fidem Promissionum ratione, תְּהִי טוֹ אֵת אֲנִי אֵלֹהִים בְּרַחֲמֶיךָ

Quare subdit et pactum me-
 um tecum: immutabile, inalterabile, et irrevocabile,
 me dignum, qui natura talis: Erisque Pater multarum
 gentium, Iudeorum nempe et gentilium. Nam prae-
 cipe respicit ad semen caeleste Xpium, et ex eo accipiet eum
 fideles Abrahæ filios in celo instar stellarum radiati-
 vos. Docet hoc mutatio nominis. Unde sequitur.

5. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, i. Pater ex-
celsus, seu excelsarum rerum, aut caelestium, quarum
penitentiam valas; sed appellaberis Abraham, magnificen-
tiore, et pleniore nomine quia Patrem multarum
gentium constituit. Nam אַבְרָם הָאֵלֹהִים

Abram amon, est Pater excelsæ multitudinis, seu mul-
 torum excelsorum, Liphonia vero causa tollitur ut
 prima syllaba ׀ et ׀ finale alterius nominis ponitur

cum



cum **אברהם** sublatum in die et sic natus Abraham **אברהם**
 Porro **אברהם** littera quae etiam additur post nomen Sara
 sublata ultima **אברהם** vel mutata in **אברהם** ut dicitur **אברהם** pro
אברהם sarai **אברהם** sara. Littera, inquam, **א**
 in nomine terra gramata. **אברהם** significat fili-
 um in trinitate sacrosanta, quare in hac impositio-
 ne nominis satis indicat eum et filium Dei carnis indu-
 tum velo, ex Abrahamo, sed non nisi ex Sara oriun-
 dum promitti. Et enim cum litteris, et virtus prolix divi-
 na procreandi communicata fuisse videtur. Si quidem
 et nomina imposita divinitus non inania, sed certe et vera
 significationis esse debent, ultima ergo littera vocis Sara
א est, quae pronuntiatur per **א** ex usu Hebraicæ lingue.
 Faciamque te crescere vehementissime, et ponam te in genti-
 bus, Regesque ex te eredientur. Non solum per Isau Idumæ
 orum et Amalecitarum, per Jacob Israël et Judæ, sed per
 xpm omnes reges et imperatores xptiani, imo et uni-
 versi coheredes cum xpo regni caelorum. Et statuat corpi
 mando scilicet nam initum pactum meum inter me et
 te (nempe ut peculiari cura ego tibi sim Deus, tu vero pe-
 culiari quodam affectu mihi soli servias, et verè dicat Ecce
 sic ex te oriunda. Cant. 2. 16. **אברהם** dilectus meus mihi, et ego
 illi.) et inter semen tuum post te in generationibus suis
 fœdere sempiterno. (nam explicat) **אברהם** sim Deus tuus
 et seminis tui post te. V. 8. quod respondet 16. **אברהם** Paoli,
 quem commentamur. Daboq tibi et semini tua terram
 peregrinationis tuae, omnem terram Chananaam, et quæ
 per illam significatur in possessionem æternam
 (si longissimam quantum ad litteram; interminabilem,
 quantum ad spiritualem intelligentiam) eroque Deus
 eorum, i. ea Lege, ut sim Deus eorum. Pactum fuit sepe
 more comate expressum, ut sim Deus tuus et seminis tui
 post te, hoc est, ut nectis, nec semen tuam, preterea
 vultum adoretis, sed à me sola tibi pendeatis. Et ego vi-
 sibissem vultu quasi peculum, et oculi papillam prosequam;
 et.

20.

Incar-
ni
h
mysteri

Pl. 2.
Geni 17. 6.
Reges Abra-
hami. etc.

Gen. 17.

Cant. 2. 16.

Facis me
omni
Abra-
hami
Geni. 17. 8.

אברהם
אברהם



Et peculiari favore, ac cura benedicam. V. 9. Dixit quoque
(intermissis non nihil sermone) Deus ad Abraham. Et tu ergo
Custodies Pactum meum, et semen tuum Post te in genera
tionibus suis. intellige hoc etiam spiritualiter et non carna
liter solum; sicut et preceptum, quod subtrahitur de circum
cisione; quod non potest negari, quia spiritualiter intellecta
sionum sit Pacti spiritualis, et sic loquitur Paulus Rom. 4. 11.)
Pro nunculum iustitiae fidei.

V. 15. Dixit quoque Deus ad Abraham (ut magis expli
te etiam in singulari declararet. Promissionem seminis.)
Sarae uxorem tuam, non vocabis Saraי שרה 1. Domina
meam mariti vel familiae. Sed Saram, שרה 1. om
nium ventrum (in filio futura) Domina.

V. 16. Et benedicam ei. Substantis aetatis, et natura vitis fa
cundam reddam. Et ex ea dabo tibi filium, cui Sara, (sic
exigit relativum feminei generis) benedicturus sum;
eritque in nationes, et Reges populorum egressi erunt ex
eo. supra V. 6.

V. 17. Cecidit Abraham in faciem suam, gratias agens
et gratulabundus pro admiratione, et gaudio tanti bene
fici; plenusque spei visit dicens in corde suo, Putas ne (O
Abraham) centenario nascentur filii, et Sara nonage
maria pariet. Rom. 4. 19. Non infirmatus est fide. et ha.

V. 18. Dixitque ad Deum Utinam Ismael vivat (veram vi
tam) viventeque tui (Iusque conformem) quod non ausus fui
tantam sperare gaudium; Vivisti domine vota mea. Con
sentus eram Ismaele; sed et pro eo quia tam large mise
ricors es. in superbo seculo.

V. 19. Et ait Deus ad Abraham, Sara virtua pariet tibi
filium, vocabisque nomen eius Isaac; nempe paritum sibi
attulerit; imo quia a pio representabit, quoniam unde
gaudium erit. et constituum Pactum meum illi in se
culum sempiternum, et semini eius Post eum.

V. 20. Pro Ismael quoque exaudiente etiam Pactum vero
meum statuum ad Isaac, quam pariet tibi Sara tempore



isto anno altero. ^{§. 4. Ex cap. 13 & 22. Promissiones}
 Cap. praxerea 18. a V. 9. usque ad 19. iterum Promissio
 filij ex Sara renouatur, bis q. assentur. primo V. 10. Et
duxit (Abraham scilicet Angelus Post manducum) reuer
rens ueniam ad te tempore isto (anno sequenti eodem
 hoc die et hora) Vita comite (i. vobis viventibus) et habebit
filium Sara uxor tua. Deinde V. 14. Post in sum Sara
et in crepationem ab Angelo factam iuxta condidum
inquit Dominus) et revertar ad te hoc eodem tempore
vita comite et habebit Sara filium. Renouatur etiam
 altera promissio de multiplicando, et magnificando
 semine, et altera etiam de benedicendis nationibus
 per illum. V. 18. cum futurus sit (Abraham) in ven
tem maonam, et robustissimam. Et Benedicendz sint
in illo omnes nationes terre. in illo. c. 12. 3. inte.
 c. 22. 18. in semine tuo, i. in xpo et per xpm.

22.

23.

Tandem tandem c. 22. V. 15. 16. 17. 18. ^{Et cap. 22.} Premisso uere
iurando, quasi in Premium præstantissimi facti,
et singularis, atq. in audita obedientia, omnia seru
promissa iterantur, atq. in novata confirmantur.
 V. 15. Vocavit autem Angelus Dominus Abraham se
cundo (i. iterum, primo enim vocarat, cum Voluit
filium occidere. V. 11.) de caelo dicens. V. 16. Per me met
ipsum iuravi dicit Dominus (iurat omnia quæ se
quuntur) quia feasti hanc rem, et non peperisti filio
tuo Unigenito proprie me. V. 17. Benedicam tibi. haec
prima pollicitatio. Quæ etiam c. 12. facta est adhuc exis
tenti in Chaldea plus quadraginta annis, ante hoc
tempus, faciam te, inquit ibi, ingentem maonam et
benedicam tibi. et eris benedictus. Sequitur 2^a Promis
sio, et multiplicabo sementium sicut stellas caeli, et
velut arenam, quæ est in litore maris. De hac supra
 c. 13. 16. faciam q. sementium, sicut pulverem terre et
 et c. 15. 5. Supra in caelum et numera stella et
 idem repetitur c. 17. 4. 5. 6. 3^a additur Posidebit

Semen



c. 12. 3. 4.
 c. 13. 12. 24.
 c. 22. 12. 24.
 eadem prom.
 10.
 Gen. 22.
 15. 16.
 18.
 Obediens
 promiss.

Semen tuum portas inimicorum suorum, hoc est quod
supra c. 12. Dicitur est, Benedicam benedictibus tibi, et
maledicam maledicentibus tibi, et c. 13. Leua oculos tuos
in directum et vide a loco in quo sumus et cetera omnem
terram quam currens tibi dabo cetera. idem Cap. 15. 18
19. 20. 21. ¶ Et ceteris auoustior pollicitatio. et Be
nedicentur in semine tuo. (Xpo) omnes gentes terre
quia obedisti voci meae, Haec etiam praecesserat. c. 12.
3. Ante benedicentur. ¶ Uniuersae generationis terre,
et cap. 18. 12. cum benedicenda sint in illo omnes natio
nes terra. Verum hoc loco explicatius dictum est,
alijs obscurius. nec audendus est Burgenus, qui
nexus est, Probare hanc esse nouam Promissionem
distinctam ab his, quae habentur c. 12. et 18. modo citatis.
¶ Quis vero argumentum diluit eorum? Perieris in
c. 12. Gen. V. 15. et cetera. Citasse vero D. Paulum
in hoc cap. 3. V. 8. Gen. 12. V. 3. et explicans deinde
V. 16. per hanc iteratam promissionem. V. 18. c. eiusd. dubium
non est. cum et verba ipsa clament, et numerus annorum
quadringentorum triginta ostendat. quos numerare ne
cesse est. a tempore uocationis Abrahæ; et primum factæ
promissionis ante benedicentur. de qua supra diximus
et infra dicemus.

§. 5. Illata conclusio.

Ex his locis qui a nobis explicati sunt, constat manifestè pro
 missiones varias factas Abrahamo, et semini eius; eas demq;
 saepe iteratas, atq; renouatas cum nouis circumstantijs; cuius
 autem loci aut capitis promissiones præcipue respexerit Apo
 stulus, cum dixit Abrahæ dicta sunt pro missiones, et semini
 eius, non difficile est iudicare. si expendas, quae supra praesertim
 ad marginem annotauimus. Opinor enim uniuersas intuitum
 esse promissiones, quouis tempore, et loco dictas; sed cum di
 cit, et semini, alludit ad. c. 12. V. 7. et c. 13. V. 18. et c. 15.
 V. 18. et c. 17. V. 8. cum uero in translatione Erasmi
 dicitur, sed tamquam de vno, et in semine tuo qui est Xpus.

allusio



allusio perpicua est ad. c. 22. V. 18. sed Erasmus non servavit
 phrasin Graecam in transferendo, licet sensum retinuerit.
 Ad. c. 22 videtur intellexisse allusionem esse. Amb. Lomb. ^{Andreas}
 Leon. Valg. Adam. Chrysost. Theodor. Hugo cardinalis
 Dionys. Sa. Arbor, Ansel. in commentarijs Chrysostomi
 traductis per Erasmum, ita legitur hic V. 16. Nam Abra
 ha dictum est in semine tuo benedicentur omnes gen
 tes; Non dicit in seminibus tamquam in multis, sed in
 uno et semine tuo quod est xpus. quae verba magis sunt
 commentatoris, quam textus.

Theoria 2. Circa eundem V. 16.

25.

Sed illa D. Pauli explanatio Non dicit, (oraculum di
 vinum) et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno
 et semine tuo, qui est xpus, non parum habet difficulta
 tem. siquidem nomen seminis, cum sit collectivum, etiam
 in singulari multos complectitur. Neque verò ut quā <sup>Semen col
 lectivum
 nomen.</sup>
 in libris sacris usus est huius nominis in numero plu
 rali, cum de prole fit sermo. teste Hieronymo <sup>Hieronym.
 V. 16. q. 2.</sup>
 apud Hebraeos plurali caret, ut notat Valg. ^{Valg.}
 Nihilominus dico hoc nomine etiam unum aliquid
 singulariter significari. Ut Gen. 4. 25. posuit mihi <sup>Gen.
 4. 25.</sup>
Deus semen aliud pro Abel, Dixit liva nato Seth, Item
Gen. 21. 13. filium ancilla faciam in gentem magnam, <sup>Gen.
 21. 13.</sup>
quia sementium est. Hic erat Ismael, unde verò
 cognosceat, an pro uno an pro multis collectivè
 semen positum sit, superfluum sit quaerere; cum id
 non solum de homine, sed de omnibus queri possit no
 minibus, quae varias continent significandi rationes.
 Unde scit Hyacinthum lapidem esse, non florem; aut ho
 minem esse, non lapidem; contextus, in quo, ratio lec
 tionis, et ordo rerum indicare solent. Per callebat ora
 cula sacra D. Paulus, spiritu inspiratus interpreta
 batur; Cogitur eius intelligentia admiranda, veneran
 da interpretatio. Posuit plane Genesi in hac Historia
 Abrahami

Abrahami

Abrahami, si ita necesse fuisset, uti numcro plurali, quia seruum
 Grammaticus ad censoria virgula ducit fuisse notare:
 Cum igitur semper usurparet numerum singularem,
 non putandum est rem vacasse mysterio. Hoc autem
 id est quod hoc loco exposuit D. Paulus, ut scilicet intelli-
 geremus illud Semen esse unum nempe Xp̄m. Quem
 Abraham, dum sibi promittitur, exultat (Joann. 8.) Deside-
 rio videndi, et tamen Summa cum Letitia videre meruit.
 Non potest autem alterum nisi Xp̄m esse, per quem be-
 neditio in omnes gentes maneret, certus est, quam ut
 hic probari necesse sit. Nam et hoc tota Epistola agit, ac
 supponit Apostolus. Neque Verò nomen Seminis in tota
 sua significandi latitudine abhorret ab hoc mysterio.
 Nam verè Xp̄s Semen est, et principium, et causa, siue
 radix, et Caput, Astrus spiritualis posteritatis Abraha-
 mica; sicut Jacob fuit Carnalis generationis Stirps
 et Caput duodecim tribuum. imo sicut ille carnalis popu-
 lus nomen obtinuit Jacob, siue Israël; ita et populus
 Christianus, Xp̄s vocatur, siue mysticus Israël. Itaque
 non sunt plura Semina et diversa generis Series, et verita-
 ve capita populorum Abrahamo promissa; sed unum
 tantum Semen, qui est Xp̄s; una tantum spiritualis
 generis Series, una gens fidelis, vni Capiti Xpo copulata
 et annexa; a quo et vitam, et spiritum habet. Terra igitur
 promissionis, hoc est ~~profetae~~ possessio cen-
 trum; imo Ecclesia Catholica ex Judæis et gentilibus
 coacta et compacta, hereditas aeterna beatitudinis, et
 beneditio gratia spiritualis, non multis, sed vni ex
 Abraham, per Isaac, Genere descendenti promissa est;
 vni inquam Xpo Capiti, et corpori eius fidelis populus, non
 Jacob, non Suda, non Moysi, et eius legali populo; Xp̄s
 enim vnus fuit, estq; benedictionis fons et origo, qui bene-
 dixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus,
 in Xpo. Eph. 1. 3. Qui vnus fuit absq; peccato, et Male-
 dictioni minime subiectus. De quo Ps. 140 singulariter
 Sum ego.

26.

et

Et Ecclesiastici 7. Vix de mille unum reperi. et Ps. 131.
 & non est qui faciat bonum non est cogitans ad unum. Victorius unus
 auctor est fidei. et benedictionis Abrahæ promissæ commu-
 nicator. Hinc ait, Ambrosius, quasi in eo falsi testamenti
 facit. D. Paulus eos, qui credentes in xpm, et de lege
 aliquid sperant, cum promissio benedictionis in solo
 xpo sit facta.

27.

Amos Montanus sic exponit, Consulto usurpavit
 Deus nomen seminis, quod singulariter, et collecti-
 vum usurpari solet; ut ostenderet benedictionem illam
 ad omnem posteritatem Abrahæ in unum consuetam
 pertinere. Unum illum Deus intellexit xpm. Nam
 ille est semen illud, in quo benedicenda erant omnes
 gentes terræ, tamquam membra corporis coniuncta
 et compacta capiti suo. Hic est de quo scriptum est, unum
vocaui eum, et benedixi ei. Itaq; benedictio Abrahæ
 non est data, sed benedictionis promissio facta est illi
 a Deo unico gratis ante legis promulgationem; be-
 nedictionis, in quam, danda et exhibenda omnibus cen-
 tibus terræ; atq; adeo ipsi Abrahæ etiam in semine
 unico ipsius Abrahæ.

§. 2. Ad quos præcipue locos Genesii reperitur Apstus.

23.

Non dixit seminibus quasi in multis, sed quasi in uno
et semine tuo qui est xpus. Certe, et si daturus illi casus
 seminibus, et semini allusionem habeant ad illos verus,
 et illa capita Genesii, que supra retulimus; tamen que
 non videat ablativos illos in multis et in uno, allusionem
 habere ad e. 12. V. 3. et e. 22. V. 18. Inte, inquit et in semi-
ne tuo benedicentur ebra. Properea ergo Erasmus Ver
tit in semine, et non semini; et Ambro. Lomb. alijs alla
 sum dicunt ab Apostolo ad hæc capita; sed nevarior
 proest, quam totam hystoriam, omnesq; promissiones
 et carum verba præ oculis mentis habuerit; sic eruo
 utitur nam hoc, iam illo modo loquendi, quo facile varios
 locos scriptura sacra attingat, et revocet in memoriam.



Cum

Benedicere
soli Christo
in figura

Cum dicitur, Non dicitur seminibus, quasi in multis, opinor ex
 cluduntur solum Isaacum, et Jacobum, qui benedixerunt
 filiis suis, sed non secundum promissionem Abrahae
 factam; sed ut erant Christi schemata, ac typi; sed duode-
 cim etiam Patriarchas Jacobi filios excludit, qui fue-
 runt Capita duodecim Tribuum; sed (ut alias diximus)
 si curam gesserunt duodecim Apostolorum. ~~Excludit~~
 Excludit praeterea Moysen, qui etiam Christi figura fuit, sicut alias,
 sic dum benedixit tribubus Israel: excludit praeterea Aaron
 et reliquos omnes sacerdotes Leviticorum, qui pro sua dignitate
 et manere benedicebant populo; excludit etiam iudices, re-
 ges, prophetasque illius Israelitici populi; si qui forte bene-
 dicendi praerogativa potiti sunt. Non igitur in multis
 impleta est promissio, sed in uno, qui est Christus, in mul-
 tis et in eorum singulis praesignatus, atque praedictus.

Methodo

30.

Theodoretus, Pollicitus, inquit, est universorum Deus
 se per Semen Abrahae gentes benedicturum. Hoc autem
 Semen ipse est Christus Dominus. Per ipsum enim Pro-
 missio finem accepit, et omnes benedictionem conse-
 cuta sunt. Alij autem omnes, et si ad summam vir-
 titem pervenerint, sive Moyses, sive Samuel, sive
 Helias, et ut semel dicam omnes, qui ab Israele
 genus deducunt, eius quidem semen dicuntur seun-
 dum naturam, sed non sunt illud semen, quod
 attulit benedictionem gentibus. Non ergo quia illi
 quoque ab Abraham descendunt, Abrahae semen
 nominantur; sed hic proprie hanc habet appella-
 tionem, ut qui solus ex pollicitatione dedit benedictio-
 nem gentibus; in semine, inquit, tuo benedicentur
 omnes gentes, per nullum, autem alium gentes hanc
 benedictionem abeguerunt.

Quia dicitur
in figura

11-12-7
12-13

Ex
amb
emb

Quia dicitur
in figura

31.

Benedictio itaque per unum Christum, ut promissa, ita
 etiam data est; sed multis vere communicata dicitur ex
 Judaeis, quam ex gentilibus, quatenus in unam fidem
 conveniunt, per quam similes omnes filij fiunt



Spirituales

8837

85

Spirituales Abrahami.

Ansel. Semine tuo, inquit, dabo hereditatem seu per petuam benedictionem, quod semen est Christus cum corpore suo. Hoc est enim, quod supra exposuit Apostolus. V. & Providens autem Scriptura, quia ex fide iustificat Gentes Deus, praenunciavit Abrahamae quia in te seu in semine tuo benedictus erunt omnes gentes. Quas enim qui ex fide sunt benedicti cum fidei Abrahami. Nonne vides Abrahamum cum omnibus fidelibus, quorum Pater est, benedictionis gratia donatum iri, et fideles omnes cum Patre aeternae hereditatis, ^{beneficio} cum ulan dox. In semine tamen, i. per semen accipit. Ps. 71. 17. Sit nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius; et benedictus in ipso omnes tribus terra; omnes gentes magnificabunt eum. etta. Haec benedictio ait Belarm. est iustificatio et adoptio filiorum Dei per Christum. Unde in iudicio huius dicit Christus Venite benedicti Patris mei possidete etta. Nota benedictionem praecedere possessionem hereditatis; ut intelligatur benedictionem esse gratia communicationem primo ac immediate, proxime autem ac mediate beatitudinem aeternam. Ita Benedicti per gratiam, Venite, ut sitis Benedicti per gloriam.

32.

¶ Secundum ea quae hic dicta sunt intelligendus est Pater Gabriel Valquel, (cuius eorum nomen veneror, ut discipulus magistri) in paraphrasi huius loci; nihil enim aliud intendit, nisi Christum sub nomine Semini sui promissum Abrahamo, tanquam futurum causam et auctorem benedictionis sibi, suaeque impartiendae spiritualibus filiis, et hanc praecipue contineri sub promissione; nihilominus sub eadem promissione contineri etiam multos filios, qui participes futuri essent promissa hereditatis, seu benedictionis. Itaque dicit non solum hos multos, sed illum unum praecipue contineri. Properea notat idem Pater non tam

valdeling



resperille

respexisse Apostolum ad grammaticos numeros, quam ad
 rem ipsam, quam explicandam susceperat. Inimò vero Semen
 et omnium et multos Hebraice in singulari significat, sicut
 in alijs linguis. Tamen ita opera precium fuit explicare,
 ut explicavit Apostolus, et res postulabat. Anre iortur
 nihil est quod non sit sapientissime ab Apostolo dic-
 tur, ne tamen imperitus Grammatica notari (ut ait,
 Hieronymus) posset à Criticis, quod usus fuerit illo plu-
 rali Seminibus. Satis cautum est prefatione ante po-
 sita, que monet Sapientes, non sine causa ita locutum,
 sed optimo consilio, ut nempe facilius homines pa-
 rorum prudentes, quales erant Galatae, rem caperent
 difficilem, et plenam mysterij. Neque Hieronymum
 aliud voluisse, quam quod hic dicimus facile existimem.

33
 Scrip. non dicit et in seminibus, quasi in multis, sed qua-
 si in uno. illud primum penderat. Deum in suo testa-
 mento unum tantum scripsisse heredem, in sua pro-
 missione ad unum tantum respexisse Abrahami fi-
 lium, qui ceterorum obtineret principatum, et per cuius
 fidem ceteri hereditatis fierent, ac promissionis partici-
 pes. Quis autem hic esset, aperte explicat, et Semini tuo
 inquit, Deus, dabo terram hanc. Hoc semen, ait Apo-
 stolus, est Christus, unus scilicet Abrahami filius, prima-
 rius Dei heres, (suis et necessarius, ut sua loquuntur)
 ad quem unum divina ~~et~~ spectabat promissio. Nam
 eius unius ratione unum sum genus Abrahami, unde
 erat ortum habiturus, à reliquis omnibus nationibus,
 in optimam saluberrimam, maximeq; fertilem regio-
 nem segregatione diuinitus fuit. Qua divisione desig-
 natum est fore, ut Abrahami filij, hoc est illius fidei,
 et pietatis imitatores ab impijs separarentur, et unus
 Iesu Christi gratia in celo collocarentur. Hoc non in mul-
 tis sectis, et populis, sed in uno populo, et uno cultu Dei.
 i. in relectione Christiana implenda promissio; in uno,
 et per unum Christum expectanda benedictio, et accipienda

Xpius numerum secundum humanitatem, ut est filius Virgi
 nis, ita et antonomasia tunc semen Abrahæ. Hic auctor fidei
 et confirmator, in quem omnes fideles, atq; adeo filij Abra
 hæ aspiciunt, ab eo benedictionem gratiæ accepturi, spri
 tumq; filiorum Dei, et pignus hereditatis æternæ. Hic pro
 missus per Isaac ex Sara nasciturus. Hic multiplican
 dus super Stellas ^{caeli} numerus, non per carnem, sed per
 spiritum fidei; hic granum Syriacis in terra seminandum,
 et inde germinaturum; et in arborem magnam exto
 llendum; et vnde quaque ramus productis, atq; expan
 sis ornandum, Hoc verbum Patris, semen Abrahæ appra
 hendens in utero Virginitatis, ut frumenti granum mor
 tuum, ac defossum in terra, et per conversionem gentium
 fructum multum allaturum. Hoc deniq; semen Abrahæ,
 in quo omnes nationes terræ benedicendæ erant, ramus
 Judæis, quam ex Græcis, et barbaris, alienigenis oriunda.
 Hoc unum est caput et principium benedictionis; Hoc unum
 corpus benedictum, quod multa membra continet; sed inter
 se fidei in nexa spiritu, per gratiam, et charitatem ani
 mata, et spirantia. Neque enim (ut ait Aug.) potest simi
 liter justificari; qui vivunt ex operibus carnaliter, cum
 his, qui vivunt ex fide spiritualiter.
 Hoc ita explicat Apostolus, non dicit seminibus numi
 ram tanquam in multis, i. per multos benedicendæ essent
 gentes omnes terræ; sed quasi in uno, i. per unum, qui est
 Xpius. fit enim (ut iam dixi, et omnes intellegunt, licet non
 satis explicent) hæc allusio ad caput. 12. 3. in te benedicentur
etia et ad caput. 22. 18. ubi pro in te positum est ad maiorem
 explicationem, in semine tuo etia. Particula autem in
 ponitur pro per, aut propter, ut iam supra dixi. Ut que
 non negatur hic multos fore Abrahæ filios, qui participes
 futuri sint benedictionis; ad enim manifestam est, ex capi
 12. 15. 5. et 22. 17. Multiplicabo sementuram sicut Stellas
caeli; sed abertur, unum duntaxat fore, per quem bene
 dictionem accepturi sint. qui unus est Xpius. quidam sequuntur,
 quod

Christus ante
 nomen
 Abraham
 et confirmator
 et confirmator
 et confirmator

Verbum
 in utero
 Virginitatis
 et confirmator
 et confirmator
 et confirmator

Caput
 unum
 et confirmator
 et confirmator
 et confirmator

Gen. 12. 3.
 22. 18.

Gen. 15.
 22. 17.



quod, sed parum refert, cum relativum inter duo substantiva, ab
terutro consentire possit, etiam si alterum proprium; quid quid
hic contra docuerit Anselm. Sed haec minutiora sicut. Si Xiani Anselm
codices qui habent, hos sequimur, ut certam vulgatam.

Illud gravius, ac maioris momenti, praecipue exclusos sacer
dotes Legales, at q' adeo Legem ipsam moysi cam a iure bene
dictio nre promissa per ipsos impartienda; Unus enim, et cele
nus sacerdos futurus erat, non multi, et sibi succedentes, per
quem benedictio Iustitiae expectabatur secundum promissio
nem Patrum habenda, ut docet Apostolus. Heb. 9. Sacerdotes
Levites
iure bene
dictio est
sors, ipsius
Legem Moysi

Scholium in V. 17.

37. V. 17. Hoc autem dico, & huc pertinent ea quae dicere cepti. Hoc
inquam in fero ex his quae proposui.

Hic verus sensus; nam qui pro nomen hoc referunt ad
namentum, testantur se nescisse aut non Leuite Graecum
nextum, ubi toto hoc cum in neutrum non convenit cum feminino.
Sic enim, quod nomen transulit interpres testamentum.

Arias M. Hoc autem dico. i. oratio mea eo tendit, ut de
mostrem Testamentum Hoc a Deo transactum, et confir
matum. In quo due tantum persone nominantur,
promittens Deus, et is, in quo promissa praestanda sunt,
quasi est xp'us semen Abrahae. Neque alterius mentio
fit, quam promissionis, et temporis, in quo praestanda
est promissio, Hoc est cum semen illud extiterit. Hoc
inquam, pactum Lex, quae tanto tempore post est lata,
non irritum faceret; ita ut iam promissio ociosa reddere
tur, et fides non exigeretur. hoc enim argueretur Deus
consilij; et propositi sui imitator in constants, quod im pium
est cogitare; vel minister aliquis, qualis Moyses fuit ab
rogator huius pacti; diceretur, quod fieri non potest. Uag
Lex ipsa neque abrogavit promissum, neque praestitit;
quia promissum non in d' cabatur praestandum per
Legem sed per xp'um.

38. Testamentum confirmatum a Deo in xp'um. Ita legit
Amb. secundum Graecos codices. Erasmus vertit HS XSLSOU

Joanp  erga

erga Xp̄m, i. infavorem Xpi, qui semen Abrahæ promissum; in quo et per quem hæres futurus Abraham promissa hæreditas. Vocat vero Apostolus testamentum pactum illud, ac fædus, quod cum Abrahamo dicitur pergitte. Gen. 15. 12. et 17. 2. 7. 9. (Verba dei supra rescripta habes, & relegas) vocat, inquam, testamentum, seu quia abutitur voce hæc, et pro pacto ponit; quia testamentum pactum quoddam est; ut supra dixi; vel quod magis arripes ipsas promissiones, et pacta testamenti nomine expresset, persistens in metaphora, qua de Deo nempe quasi de homine, qui testamentum reliquit, loquitur; ut illa præmonitione cavet, Secundum hominem dico. Quare Chrysost ad monendum lectorem putavit, neminius rectè quid statueret de maiestate Dei audens, factum à Deo testamentum; ideo namq̄ præ fatum fuisse Apostolum Secundum hominem loquor; quia videbat non posse totum exemplum, seu similitudinem testamenti omnino ad materiam propositam conquadrare; sed infra videbimus quomodo, aut quatenus quadrare valeat.

Testamentum, ita vocat promissiones; quo nomine obscurè satis mortem Xpi denotat. Nam in mortuis testamentum confirmatur. Heb. 9. Ergo promissiones, et testamentum Dei non prius confirmata sunt, quam Deus moreretur. Doctore Paulo eodem loco. Idcirco novi testamenti mediator est, ut morte intercedente, qui vocati sunt, res promissionem accipiant. facile ex hoc loco agnoscere possumus promissiones donari à Deo, non lege, sed morte Xpi; quem Abraham promissione sibi à Deo facta vidit, et gavisus est. Hæc Claudius.]

Confirmatum solemni ritu ac ceremonijs admirandis Gen. 15. à Deo, cum præcepit Abrahamo, ut mactaret vaccam, Capram, Arietem, turtorem, etiam, atque Columbam, perq̄ divitas trium illorum animalium carnes & aliter seius positas transire fecit fumantem

clibanum

Gen. 15. 12.
17. 2. 7. 9.
1. 18. 120.
Testamentum
pro pacto
quare.

Miss. Chry. in
Sermone per
miss. Testam.

Heb. 9. 15.

Claudius.

Gen. 15. 9.

10. 11. 17.

13.

39.

40

clibanum, lampademque ardentem; quo ritu comminatio
quedam mortis, ac divisionis aeternae significaretur; si
contemptor forte faderis extitisset. Quimos faderis con-
firmandi ex hoc principio manavit in illum populum
tempore consequente: imo ex hoc facto forte manavit
ad gentes. Vile Nuarez in lra. 55. V. 3. N. 47.

41

Confirmatum) item iure iurando Gen. 22. Promissio Gen. 22.
est testamentum nōdū revelatum, sed ad huc ob signatum Promissio
describitur

Non irritum facit hęci de axugā. Nam xugō significat ratum ratum
facio, axugō autem irritum facio. vnde supra confirmatum, rati-
ficatum et in hoc V. 17. confirmatum seu comprobatum
xugō, inquit Eras. non tam est comprobare, quam cum
auctoritate decernere, et legitime transigere, ut deinde
ratum sit, quod actum fuerit. Itaque non tollit firmi-
tatem, ac vim conferenda hęc reditatis à priori testamen-
to aut fadere posterior lex, ad evacuandam promissionem.

Abundare videtur hoc additum, ut dicit Valquel; sed ple-
onasmus locus est, ob maiorem explicationem, aut assue-
rationem sententia. imo nec additum; nam testamen-
tum est testimonium promissionis. (ut ait Ambrosius) Sublato
vero testamento vacua redditur promissio, et fide Cassa.

ut propterea putemus per legem abolitam promissionem
Abraha factam, siue enervatam, viribusque exhaus-
tam, atque exinanitam, ^{iure} quod in semen trans fude-
rat Abrahami, atque adeo pro nulla habenda iudicetur.
ex quo sequitur procul dubio, quod horrent aures audire
coogitatio abominatur, non modo asserere, sed et vel ad
vulnam admittere; Deum nempe mendacem, et infidelem
fuisse; qui promissa se fecerit, iuramentum violavit,
pacti solemnitatē, ac ceremonias sanctas obtulerit, atque
despicatui habuerit. Quae si nec cogitari quidem, sine mag-
na dei iniuria possunt, fatendum profecto est, etiam post
latam legem in sua vi manere prius factas promis-
siones, seu testamentum, seu pactum cum Abrahamo

constitutio

constitutum; et pro semine eius hoc est pro xp̄o confirmatum. quod ipsum in hereditatem introduxit, intrōdixisset q̄ omni lege seclusa. frustra itaq̄ hāreas legi, tamquam per legem sine hereditatis pignus seu benedictionis gratiam accepturus, quam per unum xp̄um Abrahāe semen, hoc est, per fidem in xp̄um ad imitationem Abrahāe patris omnes sumus adepturi. Quod vero lex nihil ad hoc conferat V. 18. sequenti declaratur.

Nunc duplex difficultas nobis tractanda, atq̄ explicanda circa hunc versum. 17. occurrit, altera de Testamento, quod hic nominatur confirmatum a Deo, altera de numero annorum, qui fluxerunt a promissione, seu testamento Abrahāe dato ad legem datam in monte Sina.

42.

Theoria. i. circa illa Verba Versu 17. Testamentum confirmatum a Deo.

Testamentum confirmatum a Deo in xp̄o, lex post ~~400~~ ⁴³⁰ quadringentos, et ~~40~~ ³⁰ triginta annos facta non irritum facit, ex quo sequeretur, ut pro
missio Dei fieret inanis, et frustranea; Pr. Nam si ex lege hereditas, iam non amplius ex promissione, ^{at} consequens hoc falsum est; Si quidem Deus, qui fallere nequit, promisit se daturum gratis Abrahamo in semine suo xp̄o hanc hereditatem, ^{legitur} non per legem, sed per promissionem habetur Iustitiae benedictio, et hereditas beatitudinis aeterna, Neque lex irritum facit testamentum Dei, quod morte xp̄i fuisse confirmatum indicatum est supra, Versu. 13. 14. Ideo enim morti xp̄i tribuitur benedictio gentium, ut intelligi queat, post mortem testatoris, adiri iam posse hereditatem ex eius testamento relictam.

Triplici ratione colligit Apostolus stabilitatem promissionis divinae ex conditione testamenti. i. Quia etiam si hoc testamentum esset hominis, non licuisset irritum fieri, id enim prohibetur, et consuetudo gentium, quae tantum defert testamentis legitime factis, et confirmatis.

43.

2. Quia cum risu exciperetur, tamquam ineptus, et stultus,

qui



qui testamentum antea habitum validum, ac firmum diceret post 400. et 30. annos infirmum, ac irritum factum, quam subtilitatem incurrunt Iudaei afferentes Legem Mosarica Dei testamentum infirmatum.

3. Quia si testamentum non est ratum, sequitur Promissio nem Dei esse vanam; atque ad eum promittentem, vel mendacem, vel infidelem, quod impium est dicere.

Hoc 3. sequi probatur. Versu 18. ut supra praecedenti ~~sententia~~ habes. ~~Veritatem~~ n. 41.

44.
 ∇

Vox testamenti et Graece Diatheke ultimam hominis voluntatem morte subsecuta stabilitam, et irae vocabiliter confirmatam propriissime significat. sed profaedere (quod Syntheke — Graece dicitur) usurpationem non est dubium; ut docti explicat Pereirus Dan. 10. circa illud: confirmavit autem pactum, itaque interpret ~~et~~ delegatus profaedere positam vocem Diathekem per vocem testamentum interpretari solet, ut Gen. 26. Ps. 89, et alibi. Quae voce testamenti abuti videtur, at non sine ratione; causet

Si ad huc
SUVAN
Pereirus
Dan. 10.

+ Et Septuaginta semper Verith transferant Sin DHXUR diathesem, i. testamentum. Quod licet Verith utrumque significat et testamentum et fœdus seu pactum. Imo et testamentum Dei est quoddam pactum, et pactum enim etiam cum hominibus habet condictio nes testam. ut notavit etiam Bellarminus in 2s. 131. v. 12.

apud Hebraeos nomen Verith. וְרִית , utrumque significet, et testamentum, et fœdus. Doctis igitur Viris placet hoc locum non pro testamento proprie dicto, sed profaedere poni a D. Paulo, tam Versu 15. quam 17. quod videtur consequens. ut ita in antecedente ponatur, sicut in consequente, siue in similitudine, et in applicatione eam dem habeat significationem. Durum enim et insolens eis videtur, ut Promissio Abrahæ facta appellatur testamentum, praesertim cum in Gen. 15. et 17. appellatur fœdus, et pactum. Vide Mariae Legion. Ariamont.

Gen. 26
Ps. 89
Verith.
Augustus To. 3.
de locut. 11
Gen. 1. 1. 43
Testamentum
et fœdus v. 11
17.
Gen. 15.
17.
Mariae
Legion.
Ariamont.

45.

Verum fere universi veteres Patres utrobique testa mentum proprie intelligunt, in ea videlicet signifi catione, quam explicat idem Apostolus. Heb. 9. 15. 16. 17. hunc sensum tenuit Chrysostomus, et ceteri Graeci. Item Amb. Auzot Prima Lomb. Bruno. Anselm. S. Tho. Hug. Card. Dion. Caiet. Cathar. Salm. Adam. Claudius.

Testamentum
proprie.
Heb. 9. 15. 16.
Chrysostomus
Ambrosius
Augustinus
Bernardus
Thomas
Hugonius



sed.

sed rogabis ~~inquit~~ an proprietates humani testamenti re-
 periantur in hoc testamento dei? ^{uquas or} Claudius, ^{in dei testa}
 mento reperiri ait. ~~quod est~~ 1. Promissio, que dicitur
 testamentum, quo dei voluntas ultima & aeterna, et immuta-
 bilis continetur. 2. Testator seu testamenti conditor Deus. 3.
 hereditas conferenda. Hoc est regnum calorum. q. haeres
 semen Abrahae xpus cum corpore suo mystico, qui est popu-
 lus christianus. At cum deus testator sit immortalis quo-
 nam modo illa proprietates quadrare possit. ut confirma-
 tus sit testamentum morte testatoris? At Chrysostomus
 non omnino quadrare proprietates testamenti huma-
 ni hinc dei testamento. Ait autem excogitavit aliam
 responsionem; ait enim id valere immutabilitatem dei
 ad confirmandas promissiones, et testamentum heredita-
 tis Abrahae promissa, quod mors valet testatoris hominis
 ad confirmandum testamentum ipsius, et tam consili-
 cum revocari non potest, nec testamentum mutari. Im-
 proprie enim, et per metaphoram dici de deo testamen-
 tum ^{ab hinc explicatur} operatur Justinianus nos
 hoc quoque videtur esse etiam sententia Chrysostomi.
 Nota P. Alfonsus Salmi. Plane fatetur, dici proprie,
 (et non abusive; tamen per metaphoram, et in analogiam.)
 Testamentum hinc a deo confirmatum etiam morte tes-
 tatoris. i. xpi. ~~iste enim Angelus qui apparebat Abrahae~~
~~videtur fuisse in consilio~~ ~~Angelus~~ ~~et non solum Patris~~
~~sed dei filius~~ ~~et decumen. et Theophi. Heb. 6. 16.~~
 Nam xpus quatenus deus testatus est, et promisit Abrahae
 et sibi ipsi; quatenus Abrahae filio, ac semini heredi-
 tatem. i. Paternam substantiam, et vitam aeternam.
 Quod si instat testamentum ab Apostolo dici confir-
 matum ante legem latam; at nondum xpi mors in-
 tercesserat. At duplicem esse testamenti confirma-
 tionem; alteram, per iuramentum, alteram, per mor-
 tem; per utramque fieri immutabile, et irrevocabile testa-
 mentum; sed per posterio rem dari potestatem ad eunda

TA

46.

+ Nam Angelus,
 qui apparebat Abra-
 54 videtur fuisse
 magni consilij
 Angelus, i. verbi
 Patris, seu dei filij. sic
 Tenas ex Decum. et
 Theops. Heb. 6. 16.

hereditatis



hereditatis. Itaq; de priore locutum fuisse huc Apostolum,
 De qua etiam ^{1^o} ~~facta~~ ^{Luc. 1^o} ~~et~~ ^{Deum} Gen. 22. de posteriori
 Verò locutum ad Heb. 9. ~~Adde etiam~~, quoties contige-
 rit hæreditatem per pactum alicui promitti, tunc in idem
 concurrere pactum, et testamentum; sicut olim acqui-
 rebatur hereditas pacto, emptione, scilicet per as, et li-
 bram. Itaq; accidit in Promissione Abrahamæ facta,
 ut eadem sit, et pactum et testamentum, unde Gen. 15.
 et 17. fædus et pactum vocatur; huc ^{1^o} ~~Verò~~ ^{Verò} ~~testamen-~~
 tum, et Heb. 9. Omnia autem hæc Hieronymo etiam
 recte significare solet nomen Heb. ^{ברית} ~~Veritas~~ ^{ברית}
 et Græcè ^{διαθήκη} ~~Diathese~~ et Latine testamentum in usu
 Scripturæ Særæ.

47.

In hac responsione illud mihi non omnino Satisfacit,
 quod solum concedat huc dictum testamentum a Deo
 confirmatum iure iurando solum. Id enim quaerimus,
 an aliquo modo dici queat morte confirmatum ante
 Legem?

Primasius videtur mihi hanc aliter soluisse difficul-
 tatem; ex cuius solutione melius fore constabit sen-
 tentia Salmeronis; quam ex Catharino sumptam
 esse indicant. Verba plerq; ex illo mutuo desump-
 ta. Verba sunt hæc Primasij in hunc Versum. 17.
 Lex, quæ post tantum temporis data est, testamen-
 tum illud non ^{potest} ~~potest~~ ^{evacuare}, quod Abrahamæ Deus
 confirmavit in xpo. Itæ si qua ramus vnum
 vetus, an novum sit hoc testamentum, quod dicit
 confirmatum a Deo, non infirmari a lege, quæ post
 400 et 30 annos facta est, nulli dubium, quin novum
 sed in prophetis latebris occultatum, donec veniret
 tempus, quo revelaretur in xpo. Ad testamentum
 vetus illi pertinent, qui, cum acceperint Legem Sær-
 ram, et Justam, putant sibi ad vitam literam posse su-
 fficere, et Justitiam suam quaerentes statuere, Justi-
 tiae Dei non sunt subiecti. sed dicet aliquis, quomodo

Vetus

[Faint handwritten notes in the left margin, including the word 'Vetus' and other illegible text.]



Vetus appellatur, quod post annos 430 factum est per Moysen:
 et nouum dicitur, quod ante tot annos factum est ad Abraham.
 Qui ex hoc non litigiose, sed studiosi mouetur, intelligat pri-
 mium, quia ex anteriori tempore dicitur vetus, ex posteriori
 autem nouum; reuelationes eorum considerantur in his
 nominibus, non institutiones. Per Moysen quippe reuela-
 tum est Testamentum vetus, per quem Lex data est Sancta,
 et iusta, et bona; per quam fieret non abolitio, sed cognitio pe-
 ccati; per quam conuincerentur superbi. Erat enim occulta
 illa Lex ab initio, cum homines iniquos natura ipsa con-
 uinceret, alij fauenter, quod sibi fieri noluerunt. Reuelatio
 autem noui testamenti in Christo facta est, cum est manifes-
 tatus in carne; in quo apparuit Iustitia Dei: quae homini-
 bus ex Deo est. Sic enim ait: Nunc autem sine Lege iusti-
 tia Dei manifestata est. Ecce qua causa illud dicitur ve-
 tus Testamentum, quia priore tempore reuelatum est: hoc
 autem nouum, quia posteriore. Deinde quia Testamentum
 vetus pertinet ad hominem veterem; a quo necesse est ho-
 minem incipere. Nouum autem ad hominem nouum,
 quod debet homo ex vetustate transire; ideo in illo sunt
 promissa terrena, in isto promissa caelestia. Hactenus
 hic author. Quod si plura desideras consule Isaia c. 43. v. 19. ibiq; ^{Gabriels Aluarez}
 Commentarij.

Unde elicio, morte Christi confirmatum fuisse Testamentum hoc,
 quoniam nouum Testamentum morte Christi confirmatum
 nemo negat, et ipse fatetur Salmeron. Sed quomodo morte
 Christi confirmari potuerit ante Legem, hoc velim ab aliquo mihi
 explicari. Opinor enim tunc mortem Christi in figura praecellente
 Legis institutionem; cum Abraham Arietem inter Vepres
 repletum immolauit loco filij Isaac; de cuius ceruicibus Voce
 Angelij gladius ablatu, amotus q; est. Ariet enim ille Christum
 representabat, qui iam in deo mortem libenter appetijt; vt no-
 bis promissionem Abraham factam, et semiquies confirmare-
 ret.

Siquis dicat prius immolatum Arietem, postea Testamen-
 ti verba proposita, ac iure iurando confirmata.

Do.

Re per recapitulationem narrari prius immolationem Antiqua
ut potest et considerati. Nam promissio ideo facta dicitur
quia Abraham obediens fuerat voci Domini iubentis immo-
lare filium, quare statim dicta sunt ante immolationem
Aniels, nisi dicas Deum expectasse dum mactabatur aries
quod videtur non apte dici.


Præterea illud sacrificium quod ad confirmandum fœdus
cum Abrahamo iustum Gen. 15. enarratur, in ijs animanti Gen. 15.
bus, quæ occidi iussæ sunt, mortem etiam Christi præcurren-
dam obtulit. Maneat ergo certum promissio-
nem istam, quoniam per eam promissa fuit hæreditas,
iure vocari testamentum, et morte testatoris confirma-
tum, prius in figura, postea in veritate; similiter dici pactum,
aut fœdus, quia per illud convenit inter Deum, et Abra-
hamum de eo, quod unigue parti præstandum erat. Hæc
Ex. 1. Ten. Heb. 8. dil. 4. Sect. 3.

49.

¶ Non dubium est, quin dignitate, et excellentia sit prius
nouum veteri testamento; Vt Calum terra, nocte dies, et
corpus umbra. imo et doctrina ordine, ac claritatis, seu
facilitatis ad intelligendum; Vt principia præeunt con-
clusionibus, præit etiam veteri nouum testamentum.

¶ Vnde Christus Apostolis post resurrectionem aperuit sensum, ut
intelligerent scripturam. Verum dubium illud est
vtrum tempore sit altero prius. Quod quoad initia, et
inchoationem præcedit nouum; quoad complementum,
perfectiorem seu absolutiorem sequitur, et posterius
est. est enim Christus noui testamenti author, et vultus
in illo bo-^{no} præsignatus, qui est terra Promissionis collectum
duo portabant viri; Prior tamen a tergo ^{portans,} significabat
testamentum; Posterior ante faciem præsignabat nouum.

Quare dicitur est Apoc. 13. 8. Agnus occisus ab origine mundi.
quod iam inde Christi meritum operaretur, fidem, et gra-
tiam præstaret hominibus. Ita Heb. 13. 8. dicitur Iesus Christus
heri, et hodie, ipse, et in secula: semper enim a mundi exor-
dio usque in finem eius virtus attulit, afferetque iustitiam
in



in ipsum credentibus viva fide; Sic Joann. 8. dicit Dominus, Antequam Abraham fieret, ego sum. non quoad personam tantum; sed quoad vim, et effectum, meritorum. Hoc sensu dicunt Doctores sacri, omnes Justos sub quavis Lege, et tempore ad novum testamentum pertinere. Itaque Promissio Abrahæ facta ad novum pertinet testamentum, spiritualiter intellecta. Huc videtur respicere Amb. 5. epist. in ea quæ est ad ~~Thot. 1.~~ ^{Thot. 1.} cum ait, Prius ergo nobis est repromissio, quam Lex; et secundum naturam antiquior libertas, quam servitus. præcessit itaque opus novi testamenti in mente sui artificis, Dei scilicet. Moysi autem, ut minori architecto, ut typum Ecclesiæ, quasi ligneam, fabricaret, commisit; cum se em dedit. Unde et Moysi sacrum tabernaculum lignum ^{quum} erat. Præcessit ergo ut veritas umbra, ut res typis, Ecclesiæ Synagoga. Ad pleniorum huius rei declarationem opera præcium est mente retinere testamenti nomine proprie significari ultimam hominis voluntatem, qua de sua hereditate disponit. Quoniam verò hæc voluntas non potest nisi aliquo signo exteriori hominibus manifesta fieri, inde fit, ut instrumentum, quo testatoris voluntas continetur, et explicatur, testamentum etiam soleat vocari. Utque autem significatio ad Deum translata est in sacris literis. Voluit enim Deus participes suæ hereditatis homines esse, hancque voluntatem varijs modis contestatus est, et ideo hominibus significata, testamentum vocatur. At quoniam hæc voluntas Dei manifestatur hominibus per modum promissionis, non absolute, sed conditione affectæ; ideo testamentum Dei dicitur etiam fædus, et pactum, unde Aug. Amant, inquit, scriptura pro pacto ponere testamentum. Quare ubi Exo. 24. legitur, Hic est sanguis fæderis. Paulus Heb. 9. citat, Hic est sanguis testamenti. Et ubi Gen. 17. Circumcisio dicitur Signum fæderis. Ecclesiast. 44. dicitur, in carne eius stare fecit testamentum. Quibus quia conditio sub qua Deus suam hereditatem prosequitur, est observatio mandatorum

eius



Testamenti, quia suo sanguine promeruit nobis bona in tes-
tamento contenta, dicitur etiam Heb. 13. Sanguis Testamen-
ti aeterni, quia Praecepta, et sacramenta, et bona in eo pro-
missa perpetua sunt, usq[ue] ad finem saeculi, praeccepta et
sacramenta, haec redditur bonorum in aeternum. Ita q[ue]
suo sanguine, et confirmavit Testamentum et prome-
rit in eo contenta. An in caena Xpi considerit novum
Testamentum. Vide Quara Secti. 4. de pt. 37. Tomo 2.
in 3. parte S. Thome.

~~367~~
367

Theoria circa illa verba. V. 17.

Qua Post quadringentos et triginta annos
facta est Lex

Queritur unde et ex quo tempore sit hic numerus anno-
rum sumendus et inchoandus. Respondet hanc sum-
mam annorum incipere ab eo anno, quo Abrahamus
Deo iussus Patriam relinquit, venit in terram
Chanaan, quae fuit septuagesimus quintus aetatis ipsius
Abrahami. Hoc enim ipso anno habuit, atque excepit
Patriam Dei promissionem, ut habetur Gen. 12. V. 1.
2. 3. 4. 7. Secundum illud dixit q[ue] Dominus ad Abraham,
considera de terra tua, et de cognatione tua, et de domo
Patriae tuae, et veni in terram, quam monstrabo tibi:
faciam q[ue] te in gentem magnam, et benedicam tibi;
et magnificabo nomen tuum, et sis q[ue] benedictus. Be-
nedicam benedictibus tuis, maledicam maledicen-
tibus tuis; atq[ue] ante benedictorū, univ[er]sa cogna-
tionis tuae. Egredietur et ita q[ue] Abraham, et cum grege
operaretur ei Dominus, et dicitur ei. Lat. Septuagesima
quinguae annorum erat Abraham cum egredere-
tur de Haran; Et cum iam esset in terra Chanaan appa-
ruit ei iterum Dominus, et dixit ei, semini tuo dabo terram
hanc, eadem ita q[ue] anno quovocatus à Deo, reliquit
Chaldaeam Patriam suam, et paulatim narratur in ur-
be Haran (quam saepe vocant Charran, Romani vero

52.

+ Septuagesimi
mas quintus.

Carrae dicitur (urbem Romanorum clade et Ab. Crassi nece
nobilitatam) transit in terram Chanaan, quam orante
promiserat, monstravit ei dominus. Is igitur annus
erat 75. Natus Abrahæ, in eo q̄ habuit hanc promissio-
nem, quam diximus, tum in Patria sua antequam
egredereetur, tum in terra Chanaan. Postquam iam
est egressus. Et hoc igitur anno ad eum, in quo egressi
posset Abrahæ ex Aegypto, duce et interprete Moy-
se, acceperunt à Deo legem in monte Sina, triginta, et
quadringenti fluxerunt anni, quos hic d. Paulus recen-
sunt. Quodam in summa in sic collige.

53.

Abrahæ 75 annos natus accepit à Deo primam
promissionem. Gen. 12. 1. 2. 3. 4. 7. Cum esset 100 annos
natus, genuit Isaac. Gen. 21. 5. Habes 25. ex anno. Gen. 21. 5.
Isaac 60. annos natus suscepit ex Rebecca uxore suam
et Jacob. Gen. 25. 26. Fuit 35. Gen. 25. 26.

Jacob 130 annos natus ingressus est Aegyptum. Gen. 47. 9.
Transierunt ergo ab egressu Abrahæ de Patria sua
et ingressu in terram Chanaan, usq̄ ad ingressum
Jacobi in Aegyptum cum sua familia ducenti et quin-
decim anni. Quot vero annos manserint Hebræi
in Aegypto colligitur, ex tribus locis scripturae interne
collata. Faciunt autem totidem. Ducenti quinquaginta
et sex anni. Qui juncti cum superioribus efficiunt
summam septuagesimam à d. Paulo quadringentis sum-
mius annorum.

Sto. Probemus ex scriptura hoc 25. Dicitur Gen. 12. 10.
habitatione filiorum Israel, quam manserunt in Aeg-
pto. addunt 70 interpretes, et in terra Chanaan
fuit quadringentorum triginta annorum. In quibus
ex quo Abrahæ ingressus fuit in terram Chan-
naam usq̄ ad egressum ex Aegypto posterorum eius
preterierunt 430 anni, cum 25. iam fuisse essent
in terra Chanaan, quando Jacob peruenit in Aeg-
yptum, manifestum est. Abrahæ posteritas

fuit.



368

fuisse 25 annos apud Aegyptios. Uelocitatem editionem ita
 interpretandam vult Aug, ut dicat, mansionem in
 Aegypto fuisse usque ad 430 annos expletos, ex quo pri-
 mum venit Abraham in terram Chanaan vocatus a Deo.
 Alter locus iste est, quem versamus. Quae post quadringentos
et triginta annos facta est lex. dubitari enim non potest
 hic allusum a Paulo. Ad exo 12. 40. Quare hic locus illum
 declarat, et confirmat, cogitq. ita intelligere vs supra ex
 Aug. dixi, mansisse in Aegypto Israelitas usq. ad trigesimi-
 mum supra quadringentesimum annum expletum, ex
 quo Abrahamus a Deo vocatus, et promissus abetur, capit
 in terra Chanaan peregrinatus habitare.

exo. 12. 40.

Gen. 15. 13.

SA.

Sed est 3^{us} locus Gen. 15. 13. Vbi Deus Abrahamo Scitoprae
 moriens, inquit, quod Peregrinum futurum sit semen
terram in terram non suam, et serui erunt eorum seruituti,
et affligentur 400 annis. Semen, itaque intelligitur Isaa acus,
 et posteritas eius, terra non sua dicitur, non modo Aegyp-
 tus, sed et terra Chanaan, quia licet promissa, non
 diu tam erecta sit a Deo illis fuerat. 400 annos
 pertinent ad totum tempus eorum sumptum et oneratum
 usq. ad liberationem posteritatis eius ab Aegypto, quod
 tempus necesse est fuisse 400 annorum, et quodque
 amplius. Nam Isaa acus natalis incidit, quod quinquaginta
 annos exivit a Patri Abrahamo in terra Chanaan.

Gen. 15. 13.

Acto. 7. 6.

Acto. 13. 19. 20.

Gen. 15.

Ita ad illas 430 quae referuntur in Exo 6. 12. citato. Ope-
 ra praetermissa quos apponere, ut summa praetermissa. At
 suppressa fuit gemmarum Gen. 15. citatur ex more scrip-
 turae, ubi numerus numerus saepe omittuntur in vel
 quasi suppositione, quae dicitur Late Peres in Dan. 12. 12.
 Sup. de hebdom. p. 3. Hinc locum Gen. 15. citat Ste-
 phanus Acto. 7. 6. atq. eodem modo intelligendus est.
 In Acto. 13. 19. 20. Inter duos annos terram eorum
(Chanaanorum) quati post quadringentos quinquaginta
annos, ab eodem ortu Isaci numerantur additi
sunt summae relatae Gen. 15. ^{quadraginta,} quos exegerunt

§
 in

in deserto filij Israhel, et Præterea 10 indebellanda Pala-
tina consumpti.

55.

At ne vlla dubitandi ratio sit, nisi, dca animadverte-
re oportet nullam ratione fieri probabile Israhelitas fuisse
inter Aegyptios moratos per quadringentos annos,
medium per triginta amplius.

Uti Genes. et hugob. dicitur
intuntur iuxta locum Exo. 12. probare.

Namq; hoc certum est, cum ingressus fuit Jacob

Patriarcha in Aegyptum, iam tunc fuisse natum

Caath filium Levi. Gen. 46. 11. hic autem Caath habuit

filium Amram, qui fuit Pater Moysi, Aaron et Marci

Exo. 6. 20. Porro anni, æta Levi fuerunt centum et

triginta septem Exo. 6. 26. anni quoque vite Caath

centum triginta tres Exo. 18. fuerunt etiam anni vite

Amram centum triginta septem Exo. 20. Moses vero

cum octogenarius esset, eduxit filios Israhel de Aegypt

to. Exo. 7. 7. Igitur cum iunge trium horum successorum

Levi annos, efficiet durætat. Ducentos quinquagin-

ta. Equibus si detrahatur annos, quos iam egerat

Caath, cum in Aegyptum cum avo et Patre ingre-

ssisset; Præterea quos iam erat natus Amram, tunc

suscepit Moysen, qui minor erat tribus annis pa-

tris suis Aaron; eos etiam, quos super vixit Amram

post natum Moysen, necesse est fateri non totos

430 annos fuisse Hebræos in Agypto, sed non tantum,

quos supra diximus 225, et totidem transactos in

terra Chanaan. Neque licet inter hostes, et bonos

interferere generationes, reclamante scriptura,

Exo. 6. 16. Gal. 6. Nulla enim ratio erat ali-

cuius prætereunda, ut à Mattheo factum est in gene-

logia saluatoris. illi quippe tunc reges prætermi-

ssi Mat. habebantur inter Iudæos, quasi Capite

ominenti; et eorum mentio ex certis locis scriptu-

re colligitur.

55.

Quin imo si recte numeres, invenies afflictionem Hebræorum

in

in Egypto, ut plurimum, in centum viginti duos annos protra-
tam esse. Nam cepit post obitum Joseph, et omnium fratrum eius.
Exo. 1. 6. 7. Mortuus est autem Levi post nonagessimum tertium
annum, ex quo ingressus fuit in Egyptum. Ingressus
est autem quadragessimum quartum suae etatis annum agens.
ut tradunt Hebraei in sua maiori Chronologia, nec dissentit
ab eo, quod narratur Gen. 30. Vixit vero Levi, ut diximus, 137.
annos Exo. 6. 16. Super vixit autem fratri suo Joseph vigin-
tiduos annos. Nam Joseph mortuus est centesimo decimo
suae etatis expleto anno Gen. 50. 25. erat autem triginta
nouem annos natus cum Pater eius cum tota familia
ingressus est in Egyptum Gen. 41. 46. et 45. 6. Uaque
si de ducentis et quindecim demas nonaginta tres, restant
centum viginti duo. sed de hac tota re loquitur Perer in
Gen. c. 15. Mor in lib. Moral. lib. 6. c. 58.

¶ Claudius, et
Salmeron sic su-
pputant 505 430
annos. Ad natum
Isaac 25. Gen. 21. 5.
Ad natum Iacob 60. Gen. 25. 26.
Ad natum Jo-
sep. 90. Gen. per plurim. cap.
Ad mortem Joseph.
110. Gen. ult. 25.
Ad natum Moisen
65. Philo apud Joan.
Annum.
Admissionem Moy-
si. 80. Exo. 7.
Ab aggressionem
altero data est
Lex, de quo ratio
non habetur.

Maneat ergo certum ac stabilitum, hos quadringen-
tos et triginta annos numerandos esse necessario a pri-
ma promissione Abrahae facta Gen. 12. licet enim per plu-
ra deinceps capita instaurata sit promissio, et annus
etiam sub sequentibus notis ritibus confirmata, et addi-
tis circumstantijs firmiter aucta; tamen ab initio
firmissima facta est; quae firmitas non vno loco, neq;
semel explicatur. facta itaq; Lex post hos 430 annos
mense tertio migrationis ab Egypto. —

supputatio
25
60
130
215
430

TEXTVS

V. 13. Nam si, ex lege hereditas, iam non ex promissione Abrahae autem
per promissionem dominus.

Scholium, in V. 13.

Nam, ex eo, quod Lex non potest cassam reddere pro-
missionem, plane infertur, ergo ex lege non est expec-
tanda benedictio hereditatis. hoc comprobatur a repug-
nantibus. Repugnat enim Lex promissioni, et promissio
legi. Haec enim debitum praesert, illa gratiam; haec
autem diversa sunt. — nam (Claudius)

Testamentum, non est Lex, sed donatio. Haec enim
non sequi exactiorem, et grauiorem, sed hereditatem
ex Testamento expectant.



igitur

igitur Coniunctio causalis declarat causam, propter quam
Lex non potest afferre, seu efficere Iustitiam; Nimirum quia
hac est Promissionis effectus, et gratis conferenda.

Iustitia non dicitur

Confirmat igitur hic Versus i Rationem, seu conclusio-
nem in precedenti subintellectam. Nimirum ex lege
non potest haberi hereditas, quae haberi debet ex pro-
missione, cum Lex posterior tempore, et tanto post in-
teruallo subsequuta non possit ociosam, inanem ve-
reddere promissionem.

57.

¶ Nam si ex lege, saltem bene
operanti, et praeccepta legis exequenti dari debet haere-
ditas regni caelorum, siue eius gratia ad illam obtinen-
dam; Ergo iam non dari debet ex promissione; atque

Haereditas regni caelorum

ad hoc super vacanea est Promissio; vel si pactum illud,
quod lege Mosaiica continetur, vim habet, et titulus
est iustus hereditatis adquirenda; Superfluum est

Promissio nisi habeat confirmat.

ac minime utilis titulus primi Pacti, ac testameta-
ria Promissionis prius stabilita. quod si hoc nefas
est dicere; Ergo illud vix sequitur falsum est, atque
impium; atque omnino reuerendum. Quod vero con-

sequens istud, scilicet, ex Promissione non dari haere-
ditatem, sit nefas affirmare, constat aperte. Nec
vos adversarij inficiamini, sed conceditis et praecerto,

et in vobis habetis; Ita Ambrosius infra. Quia
Abrahae per re-promissionem, hoc est, iteratam, ac saepe

Ambrosius

instauratam Promissionem semini, per quam
erat futura benedictio, Donavit, et gratis, ac liberaliter
per hereditatem se daturum Promisit. Donavit

vero, dicit quia tam certo erat implenda Promissio,
ac si iam esset accepta. Donavit

κατα χάριτι

*κατα χάριτι
Dona-
tionem*

et gratis, et liberaliter, Syri dedit. Significantius mater inter-
pres; Hesp. Lechilo donation. et gratis ac liberaliter ex-

cedit, quod vero, nisi hereditatem, quae suppletur
ex precedenti semivertu. Per vel Promissionem

Repro-

et per semen Promissum, iterum ac saepius, Donavit,
et pollicitus est se daturum gratis, siue tanquam Patrem

filio

filio ex testamento, siue iure hereditario, benedictionem ~~semper~~ nempe
 illam, de qua i. Petri. 3. 9. in hoc vocati estis ut benedictionem
hereditatis possideatis. Et Heb. 5. 15. et ideo noui testamenti
mediator est (Jesus) ut morte intercedente in redemptionem
earum prauaricationum, quae erant sub priori testamento,
re promissionem accipiant, qui vocati sunt aeternae hereditatis

¶ Sic formatur argumentatio, si ex lege danda fuit hereditas,
 ergo non danda fuit ex promissione; sed danda fuit ex pro-
 missione, igitur non ex lege. Maior probatur ex hoc, quod
 repugnet idem dari ex debito, hoc est, ex lege, et gratis, id est,
 ex promissione; minor probatur, ex eo, quod constat ex
 scriptura, Deum promississe sedaturum gratis heredita-
 tem Abrahamo. Consequentia optima est et concedenda
 ex ea dialecticorum regula, quae asserit, ex falsitate conse-
 quentis recte colligi falsitatem antecedentis, siue ex oppo-
 sito consequentis optime inferri oppositum antecedentis.

58.

Hoc argumento probatur etiam non requiri simul ope-
 ra legis cum fide xpi ad benedictionem Abrahamae gra-
 tiam justificationis obtinendam.

Hoc etiam argumento vsus est Apostolus. Rom. 4. 13, 14.

59.

¶ Non enim, inquit, per legem Promissio Abrahamae, aut Semi-
 ni eius, ut haeres esset mundi, sed per Iustitiam fidei. Si
 enim, qui ex lege haeredes sunt. Exinarrata est fides; aboli-
 ta est Promissio, quae hereditas non est Promissa Abra-
 hae, et Semini eius per legem, quae nondum erat tempore
 Abrahamae, sed per Iustitiam, seu gratiam, quam per fi-
 dem obtinuit, cum credidit Deo et reputatum est ei ad
 Iustitiam. Similiter nec Semini eius per legem, sed per
 Iustitiam fidei Promissa est hereditas; et hoc probatur,
 quia repugnat debetum legis, gratiae fidei, et liberalitati
 Promissionis, qui igitur dixerit ex vi legis dari haere-
 ditatem, re ipsa tollit fidem, et inanem reddit Promissio-
 nem. Quod quam ineptie dicatur, satis patet, cum Dei Pro-
 missa summam fidem mereantur, ut ipse quae verbo Dei
 immutabili inmutentur.

Theoria in. V. 18.

60.

¶ Circa hunc V. 13. loquitur Ambrosius, Duas, inquit, causas contrarias sibi defendunt Iudei. Nullo enim pacto, nulla ratione suaderi potest Iudeis Abrahamæ Promissionem suam evatam per legem, et rectè; sed aliud aduersum improvida præsumptione defendunt, putantes Iustificationem sine operibus Legis provenire non posse; cum sciant Abraham, quæ forma eius rei est, sine operibus Legis per istam fidem Iustificatum. Sed æmulatione quadam cæcati non intelligunt, neque considerant, quia si per legem Iustificatio, excluditur Promissio. Et si exclusa est promissio, sine dubio frustrabitur fides Abrahamæ. Quod ne audire quidem se patiuntur Iudei, scientes, quia Promissio ex fide est Abrahamæ. Quæ Promissio ex fide iustificat, non per legem, sicut et Abraham ex fide Iustificatus est. Hi ergo hæredes sunt Promissionis Abrahamæ, qui illi succedunt, suscipientes fidem, in qua benedictus, et Iustificatus est Abraham. Testimonium ergo Promissionis Abrahamæ testamentum appellatur, ut post mortem eius hæredes essent in Promissione filij eius facti per fidem. Quæ causa cucurrit usq[ue] ad Xp[istum] Abrahamæ repromissum, ut post mortem Xpi credentes hæredes essent fidei Abrahamæ per testamentum sanguinis Xpi. Donum ergo quod promissum est Abrahamæ, filijs que eius, in Xpo solutum est, quamuis et ipse Abraham consecutus sit. Abrahamite
medij m[er]it
¶ Hæretus Ambrosius.
¶ Augustin
¶ Augustin

61.

¶ Quot ita inferit, si lex iustificat, non est Iustificatio Abraham, qui ~~multum~~ multum ante legem fuit, quod quia dicere non possent, coguntur fateri non legis operibus Iustificari hominem, sed fide. Simul etiam nos cogit intelligere omnes antiquos, qui Iustificati sunt, ex ipsa fide Iustificatos venturi scilicet Xpi, quem nos, ut Iustificemur, credimus iam venisse. Passibilem, venurum tandem ad iudicandum impassibilem, et gloriosum.

62.

¶ Bruno ita. • Quod ait, lex non facit irritum, sic debemus intelligere, facit irritum, ut ipsa lex iustificet

benedictio

benedictionem tribuit, sicut per fidem fieri Promissum est. Abrahæ, Verè evaquaretur Promissio, si testamentum fieret irritum per legem. Nam, si hæreditas habetur ex lege, iam non habetur ex Promissione. quod si non ex re promissione, falsus est Deus, qui promisit. quod si ita est, ergo nec illo modo habetur. Sed verus est Deus, qui promisit, ergo ex re promissione eius, et non ex lege; quia Abrahæ donavit Deus hæreditatem per re promissionem.] *Hactenus S. Bruno.*

scripant. Scrip. sic. Abrahæ autem per re promissionem donavit Deus, Justitiam, scilicet, cuius unius ope, atq; auxilio ad hæreditatem pervenitur, non ex lege, sed ex fide adhibita promissioni; sit ergo perspicuum ex omnibus, quæ hætenus dicta sunt ab Apostolo, illud, quod maxime refert, præsentem q̄ controversiam dirimit, ~~scilicet~~ si per Abrahæ vestigia, hæreditas adeunda sit, ex fide ergo Promissionem, ^{non} ~~nam~~ ex lege iustitiam querendam esse, ac nulla ratione dici posse fide cum lege conjuncta expectandum esse spiritum sanctum ab ~~ut~~ eo

63.

videlicet, qui et Dei Promissioni credat, et Legis mandata obtemperet.]

Hactenus scripant. Itaq; si ex lege hæreditas i. iustitiæ seu gratiæ, ergo non iam amplius expectanda ex promissione i. ex semine, nempe - TITIVS - ex chro. Abrahæ autem per re promissionem donavit Deus justitiam i. per chrum semine non - per legem Moysicam.

V19. Quid iocitur lex? Propter transgressionem posita est. Donec veniret Semen, cui Promiserat, ordinata per angelos, in manu mediatoris.

V20. Mediator autem unus non est, Deus autem unus est.

Arias M.

V19. Quid iocitur lex? transgressionum causa apposita est, ut quo veniret Semen, cui promissum erat, ordinata per angelos in manu mediatoris.



V. 20. At mediator unius non est, Deus vero unus est.

Syniaca

V. 19. Quid ergo lex? Propter transgressionem addita est, ut quod dum veniret Semen illud cui facta fuerat Promissio: et data est Lex per angelos in manu mediatoris.

~~V. 20. At mediator unius non est, at Deus unus est.~~

V. 20. Mediator autem unius non est, Deus vero unus est.

Erasmus

V. 19. Quid igitur lex? Propter transgressiones addita fuit, donec veniret Semen, cui Promissum fuerat, ordinata per angelos in manu intercessoris.

V. 20. intercessor autem unius non est, at Deus unus est.

Scholium

1. Cum hoc versu 19. et precedenti conveniunt illa ad Rom. 4. 14. 15. Si enim per legem haeredes sunt, eximita est fides, abolita est Promissio. Lex enim iram operatur, ubi enim non est Lex, nec praevanitas. Occurrit Apostolus obiectioni tacite, quae adversus dicta pro ~~legem~~ poni potest, nam cum probatum sit, legem nullam esse vim conferendam iustitiae, aut hereditatis Promissae; imo fieri nullo modo posse, ut id praestet Lex, quae ex Promissione donandum exspectabatur, videri forte alicui poterat, legem in vtilem fuisse, ac super vacuam, atque ad id frustra datam Populo Israelitico: sed hoc neque ex dictis effici, neque dici vere posse, ostendit D. Paulus

Declarans

declarans quid fuerit Primarium legis munus; quid
 emolumentum ac fructus importarit; quam obrem lata et
 ordinata fuerit; quemq; finem ac scopum spectauerit. Quod
 per interrogationem et responsionem efficit; quod Sche-
 ma subiectio dicitur Ciceroni, valde q; Sententiam ora-
 tionis illustrat, et exornat. Valitas ergo legis hęc fuit la-
 tissima; ut hominum impotentiam, & vitiositatesq;
 animi detegeret, quibus cognitis auditis desidero-
 rent eum a quo sanandi essent, id est semen Promis-
 sum, et unicum animarum servatorem Xpum Je-
 sum; sed ad singula examinanda, et ponderanda
 veniamus.

Quod igitur Lex? ita distinguendam interrogatio-
 nem, post multam considerationem docuit Auoti-
 in retrat. cum prius in comment. suus Epistola aliter
 sensisset. Quod igitur Lex? si hęc reditatem, hoc est, regnum
 Celorum, ac tunc ad illud, id est, Justitię benedictionem
 tribuere nequit; quid valet? quid prodest? Breuiter
 respondetur.

Propter transgressionem posita est, Gra. $\kappa\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\tau\acute{\epsilon}\delta\eta$
 id est, apposta, seu addita, ut habent alia translatio-
 nes. Ad iuncta ~~super~~ nempe, atq; adiecta est Iudaico
 Populo Post Promissionem, ac testamentum, interim
 cum heres expectabatur, inter testamentaria Promis-
 sione designatus; qui author futurus erat Spirituales
 sanitatis, gratiam, et Justitię conferendo.

Cum præpositio, Ad, supponat aliquid esse, cui adijci
 dicitur, seu addi, Lex, quæri potest, quid illud sit? Num Lex
 natura; an pactum cum Abrahamo ictum; an aliud
 quodpiam?

Addita ita q; Lex, et Legi natura, et prima Promissioni
 Adamo facta, ac ceteris Patribus ante Abrahamum;
 et secunda cum Abrahamo celebrata cum pacto, et an
 Gen. 17. Conditionalis lege de præstanda Dei voluntate, ut patet Gen. 17.
 Amb. diversissime, Lex factorum, inquit, posita est,

ita



et permittente Deo; ut ita homines suam imbecilli-
 tatem agnoscerent, et Dei gratiam per Christum exopta-
 rent. Croo particula, ut, non causam, sed eventum
 indicat, et similiter propter eventum ^{ut cum}
 non causam insinuat. ^{significat} Propter eventum
 eandem tertiam expositionem ^{Propter}
 indicat Aug. lib. 3. c. 4. Contra duas Epistolas
 totas Pelagianorum cum ait, ut quid facta lex est
 post 430 annos ad hoc subintravit, ut abunda-
 ret delictum, cum per peccatum praevaricationis
 convincitur Superbia hominis de sua Justitia
 praesumentis, et ad Dei misericordiam fusientis.
 7. ¶ Has omnes interpretationes locum hic habere do-
 cet S. Thomas. hic lect. 7. ¶ Beda (inquit) enu-
 merat, quatuor, ex peccato orta sunt mala, scilicet
 Malicia, infirmetas, concupiscentia, ignorantia,
Propterea vero data est lex, ut Maliciam compes-
ceret, infirmitatem ostenderet, Concupiscentiam
edomaret, ignorantiam illustraret. ^{Beda exponit}
 Cum vero ^{concupiscentiam}
 male affectos animos ad scelera proclives metus,
 ac pena compescunt, atq; in officio continent. Illa
 tos autem, et inflatos, siue de scientia, siue de vi-
 ribus praesumentes (quos quidem non habebant)
 veluti apertu vulnere sanies putrida apparet
 admonet aegritudinis latentis, ut q; medicum desi-
 derent, accersant, q; stimulat. Ante legem scriptam
 homines varijs erroribus abditos, et obsecratos
 post legem acceptam pondere mandatorum nu-
 mis gravatos et oppressos ipsa lex inscitia ar-
 guens, et debilitans, coegit propriam infirmitatem
 agnoscere; ut ardentius gratia medicinam ex-
 peterent. Namque auctis, et multiplicatis de-
 lictis, ac fati nonibus occasione loci, quae rube-
 do quid bonum esset, nonius ando autem, ut praes-
 tare possit, quo praeventur malo, indicabat.
 necesse erat, ut agnita imperfectione natura,

ut cum significat Propter

Aug.

Beda exponit

concupiscentiam

S. Thom.

Ex peccato mala A. h. h. h.

Glos

Lib. 3

Na

Trans

acces

Iam vero

accederent audire ad autorem fidei, et gratia. Concupiscentia, ac licentia morum ferum in illic nimia occupatio, et rerum exteriorum cura, et sollicitudo; quare Legis ritus, ac ceremoniae quotidiane, ac frequentes, ne aliam divertent animos Judaei; neq; ad idolatriam, neque ad lasciviam liberi essent, ac prompti, mira ratione efficiebant. Denique rudes et ignaros minusq; Propterea appetentes Divinae opis, varia figura, et levis, ac typhi, dum Xpium ad umbrant, instruunt miracula, ac docent, in quem debeant, et credere, et sperare. Atque constat ex sententia Angelici Doctoris, sic intelligendum esse, quod ait Apostolus, positam fuisse Judaeis legem obtransgressionem punitionis timore retardandas, ac reprimendas. Item propter transgressionem adimplendas, hoc est aucto numero, et impleta mensura accumulata, et quasi super numerum, et mensuram multiplicatas, non causa data, sed occasione accepta; id est, non ex vi legis, quae sancta erat, sed praedebilitate naturae, quae infirma iacebat, et in ^{titulum} ~~ve~~ praevalebat. et hoc est quod Aug. dicit propter transgressionem cognoscendas; nempe ex auctoritate, et in incrementis, etiam ex ritibus, ex victimis pro peccato, ex iudiciis, ex ~~penis~~, penis et preceptis. et his continentur tres expositiones supra relatae, quae ad duas reducat S. Doctor. Quod tertio loco addit ad primam ex justitia nonem reduci potest, quod in creavit Adamus. Nam varia sacrificia cultus, et ceremoniae adhibendas pertinebant transgressionem. quantum denique eodem recidit, Nam expectatio, et cognitio venturi Xpi valde erat oportuna ad cognoscendum remedium transgressionum. Ita q; recte ac sapienter uno verbo haec omnia complexus est Divinus Apostolus.

3.

Aug.

Alam.

Glos. Ord. Lombardus.

Valg.

Transg.

51

9.

4. data legis causas refert Glosa ord. atq; etiam

P. Gabrieli Valquel non tam ob coercendas, quam propter cognoscendas transgressionem dici placet positam legem; siquidem extendit mens Paulina, ut doceat

imbecillitatem



imbecillitatem legis, quae iustificare negabat, atq[ue] ita con-
stat ex sola promissione per fidem in xpi[m] spiritualis
iustitiae benedictionem provenire. At, etiam ^{Propter} ^{nam signum}
significare eventum, non causam, (quod etiam di-
ximus nuper cum Sancto Thoma) atq[ue] sine sensum
esse, legem esse solum esse occasionem transgressio-
num; donec xpi gratia communicabatur; ut sic probet
ex lege non futuram hereditatem.

10.

Theodoretus, lata est, inquit, ad exercitationem gene-
ris, ex quo semen erat secundum carnem germi-
naturum. Acumenius recte ait, Ad dita fuit, ut os
tendat legem non esse primum exemplar, quem
ad modum Permissioes, sed datam ex aliquo
post, quod successit. Hieronymus successum videtur
declinare cum ait, post offensam enim in eremo po-
puli, post adoratum vitulum, et murmur in dominum,
lex transgressiones prohibitura successit. Ergo, ^{ut}
^{cit. suar.} propter praeteritas transgressiones, ut vitarentur.

11.

P. Corn. duas priores refert expositiones, ut velut po-
sitam legem directe quidem propter vitanda; in
directe vero propter indicandas transgressiones.
Ego, si fas est, dicerem, legem esse co-tendere, ut corri-
gat mores; sed legis latorem mentem eo ulterius pro-
gressam, ut ostenderet in correctos mores, seu in corre-
ptibiles abq[ue] auxilio gratiq[ue] mediatoris; hoc q[ue] in sinuari
a Druso Paulo §. 3. Alia interpretatio eiusdem loci.

12.

occurrit nihilominus alia mihi interpretatio, quam
prudens lectoris iudicio subicio. opor. Dicitur enim
Apostolum sar carno — id est amara irrisione
utrum ad verum nimis tenaces legi pseudo-
xpi anor, instantes q[ue] cum supercilio, et utilitatem
legis pretendentes, ac crebra interrogatione ven-
tes ita repressille. Quid igitur lex? Propter trans-
gressiones posita est, q[ue]d nimis effertis legem,



atque

at qui non videtur quid illa effecerit quam putatis utili-
tatem Populo attulit iudiciorum. Omnia plane transgre-
ssio subter implent. Ex ea factum est, ut ubique inunda-
ret prævaricationes. Ex occasione Legis tanta peccatorum
scelerum flagitiorum multitudo orta est, ut non ob ali-
am causam, nisi propter multiplicandas transgressio-
nes posita esse videatur. Non negat alios fines, alias
ve causas legis imponenda, neque alios fructus ex ea
collectos ex ea collectos fuisse, aut colligi potuisse. Sed
cum hic effectus maxime rem explicet, latius patet,
et ad fidei commendationem, Promissionis etiam fir-
mitudinem amplificandam apprimè conducit, illum
positivum exhibet, atq; proponit. Hic sensus egregie
congruit antecedentibus, et consequentibus, ut facile
apparebit statim. Nec ~~re~~ discrepat à sententiis Aug^{ti}
et recentiorum, qui eam secuntur. Imo putos esse, quem ~~in~~
ⁱⁿ ~~maior~~ ^{quam} explicat, S. Bruno, aperte autem
indicavit Valquel, imo et S. Thomas. Exemplo
vero confirmari potest eius principis, qui legem
tulit, ut Univerſi sui regni eius à vigesimo anno
ad quinquagesimum, seu Calaber. seu coniugati, nemine
exempto, parati, et armati regni vexilla comitantes
in Africam traicerent, regnum Mauritania expug-
naturi. Res ita successit, ut in prælio pene omnes occisi
fuerint, aut captivi adducti ab hostibus.

Rogavit deinde quis priam quid profuit illa lex regna
quam utilitatem retulit ex Afric^{ana} expeditione et
bello Mauritano. Quorsum cum tanta solemn-
itate, et Munitorum apparatu lata et promulgata est,
Sane Properea lata est, ut totum hoc his parat reg-
num videtur impleret, et orphanis. Nam aliam
utilitatem nemo est, qui restetur. Hoc est dicere.
Tanta strages ex illa lege hominum sequuta est, ut
non videatur ob aliam Promulgata causam, nisi ut
uxores viris suis. Patres suis liberi orbatos relinqueret.

13.

Quantum hæc non fuerit causa, sed eorum propter quem consequitur, totum tamen pro causa datur.

Tantum

Tantum dissimilitudo in eo potest esse, ^{quod} si hac lex nisi
 tyranni esset iusta facta, non poterat habere pro
 scopo et fine libertatem Parentum, Vxorum & viduita
 tem: at illa Moisaica nihil vetat eo sine fuisse po
 sitam, saltem indirecte, ut peccatorum occasio esset
 ex quo illud boni sequeretur, ut humiliter recognos
 cerent homines non nisi per Xpium se posse a pec
 catis liberari. Et hunc non nullum legi finem, seu po
 pulus legislatoris fuisse, facile potest intelligi. finem
 quo legislatoris, non intentum, sed praevisum per mi
 stum & de meliorem finem: nempe, ut ita humiliati
 homines agnoscerent necessitatem medici, ac salua
 toris, quem sperabant, ut supra dixi ~~in~~
 in 3^a expositione. Praesertim cum in Promptu
 esset fidei in Xpium professio; quae, ut quoddam sal
 vos fecit, omnes pisset etiam a peccatorum pen
 culis eripere, et servantes legem salvos facere.

15.

Posita est donec. ^{niget} Ver. ^{scholia} Semen. Particulam Donec fere vni
 versi expositores ad temporis referunt durationem. asse
 runt & Legem Moysis tandem duraturam fuisse, dum tar
 daret Xpius Promissus in semine Abrahae, atq; ad eo
 adveniente cessaturam. Verum hanc exponendi ra
 tionem non admittendam censet P. Valquez: quippe
 cum hic sermonem institutum prosequatur Apostolus
 de lege, non solum caeremoniarum, et iudiciorum, sed
 etiam morum, id est, de lege decalogi, ac naturali; quae etiam
 propter mansuersiones posita est: hanc tamen nunquam
 cessasse, nec fuisse cessaturam constat, ut ipse met Pater
 valide probatum a te putat in propria questione de ha
 materia in. 1. ^{ait.} Et ideo non duratio sui ordinem potest
 illa particula denotari. ^{ait.} Abs erit itaq; donec ordi
 nem causalitatis praeterferre, ac significare: ita ut sen
 sus sit, legem ad solam notitiam transgressionis
 positam; nec ullo modo fuisse Promissionem ad im
 plendam, nisi per Xpium, qui semen est Abrahae.

Donec enim
 fuerit ad spm
 lex cessat
 tunc in
 christo.

Lex decalogi
 seu naturalis
 mansuersione
 non

Donec enim
 transgressionis
 significat

inquit



in quo benedicendæ erant Gentes. Nectamen ob hoc, (in quo
 Val. g.) non fuit Promissio adimplenda toto tempore ante in-
 carnationem; sed quia ab initio mundi impleta fuit ex
 xpi meritis, ideo dicit, Donec Veniret Semen Ista. in quo
 significat ante xpm iuxta ordinem causæ, non dura-
 tionis ~~non~~ fuisse Promissionem implendam. Ut ma-
 gis constet et huius doctoris Expositio, subiicio eius para-
 phrasim in hunc versiculum. At dices, Quid erit officij,
vel utilitatis habet Lex, vel ad quod tradita est, si ex illa
non est futura benedictio? Respondeo pot. Promissio-
 nem adiectam fuisse legem ad hunc tantum effectum,
 ut populus cognosceret peccatum, et transgressionem,
 qua amittitur benedictio spiritualis. non autem quod bene-
 dictionis Promissio adimplenda esset ex virtute eius
 vllomodo. Ex quo etiam effectum est, ut ex sola legis no-
 titia, non nisi peccata, et transgressionem ori rentur, nisi
 veniret xpus, qui est Semen Abrahæ; cuius meritis pro-
 misit Deus benedicendas esse omnes gentes, etiam ante
 ipsius adventum. Particula Nisi causam indicat ob quam
 peccata grassarentur, et transgressionem abundarent,
 nimirum, quia benedictione, et gratia xpi minime
 essent homines præventi, et adiuti; quos, si quos prævenit,
 ut sanctos Patriarchas, et fideles prophetas, ita præbu-
 xerunt sanctitate morum, ac vitæ, ut clarum exemplar
 reliquerint sequentibus seculis ad imitandum. ~~Et~~
 Et si hæc subtiliter dicta sunt et (ut opinor) veram Doctri-
 nam continent, tamen minime ausim à sententia
 Chrysostomi recedere; quem fere omnes sequuntur tam
 græci quam Latini expositores, imo et Scholastici, dum
 ex his verbis colligunt Legem Moysaïcam temporariam
 fuisse, neque ultra adventum xpi prograssuram; sed
 eo adveniente cessaturam. Saltem in eius morte finem
 habituram. quoniam perisse videtur ipse Dominus cam
 nam iam innotuitur pronunciauit, consummatum est
quod hæc finis, et consummatio legalium præceptorum;

hic

huc terminus umbratilis Legis, huc Mosaiicarum praescrip-
tionum exitus, et hunc sensum confirmant, quae de pecca-
togra Legis infra dicentur in hoc capite. Verba Chry-
sostomi circa hunc versum 19. Significans Apostolus
quousque addita esset Lex, subtexuit Donec, Ve Semen et
De xpo loquitur. Proinde si usque ad xpi adventum
data est, quid eam longius et ultra tempus pro ro-
gari. Idem omnino dicit Theoph. idem & cum omni-
bus et ceteri huc consequuti, Prim. Lomb. Glossa inter
Li. 5. Tho. Ansel. Hugo card. Dionys. Bruno. Sa.
Itelm. Serap. Caiet. Adam. Legion. Salm. Cornelius
Suarez de leg. lib. 2. c. 11.

Chryso

Theophyl.

Deleone

Primatin

Lombard

Interlin.

Thomas

Anselm

Hugo

Dionys

Bruno

Salm.

17.

Catha, Lex adiecta, inquit, ut homo cognosceret se
conclusum in obligatione peccati; non eo fine, ut in
immensum, et in perpetuum peccaret, sed Donec ve-
niret xpus. Promissus, videtur referre ad verbum
Donec non ad Legis durationem, sed ad terminum
transgressionum, quod tamen eodem redit.

Catharin

18.

Semen, xpus est, cui Promissus erat, Deus, scilicet per
eclipsim subintelligitur ex precedenti verticulo
18. Sensum optime servant alia translationes per
pastoralem vocem reddentes Cui promissum fuerat, vel
Qua Promissio facta est, in Abrahamo scilicet, seu per
Abrahamum; Nam ut supra dictum est, Qua Patri
promittuntur, filio etiam promittuntur, et contra,
filio Promissa, seu data, dantur et Patri; sed potissi-
mum hic alludit Paulus ad versum 16. Abraham
dicta sunt Promissiones, et semini eius, qui est
xpus. De vno autem xpo loquitur, cum dicit, Donec
veniret Semen, cui promiserat, non de corpore eius, Ecce-
sia ex omnibus gentibus collecta; ut ostendit nosser
Justinianus, citans illud Isai. 59. 20, Veniet ex Syon
qui eripiat, et auertat impietatem a Jacob, et hoc illu-
d me testamentum, cum abstulerit peccata eorum.
nam licet sub capite xpo, corpus eius, Ecclesia soleat

Zam. pro

omni, pte

componit

et cetera

Justinian

Isa. 59. 20

Salm.

Chryso

Salm.

intelligi:

intelligi, tamen non omnia quae dicuntur de capite, necessa-
rio dicuntur de corpore; quaedam enim sunt propria capi-
tis, quae non sunt corporis; ut hoc quod est esse caput, influ-
ere in corpus suam virtutem; et alia. itaque licet alia
semen pro xpo et capite et corpore intelligatur, hic pro
xpo solum summi certius est.

Hic tamen exponi repugnat illa Auct in hunc locum;
semen autem, nisi quis, cui promissum est, populum sig-
nificat, non istos paucissimos, qui revelationibus ea fu-
tura cernentes, quamvis per eandem fidem salvi fie-
rent, Populum, ^{tamen} saluum facere non poterant. Qui po-
pulus tamen, si per orbem totum consideretur, nam de
toto orbe Ecclesiam Hierusalem caelestem congregate,
pauci sunt, quia via angusta paucorum est, in unum
tamen congregate, quot quot existere potuerunt, an-
tequam Evangelium predicabatur, et quot quot exis-
tere potuerunt, ex quo Evangelium predicabatur,
et quot quot potuerunt usque ad finem saeculi per om-
nes gentes, adunctis sibi etiam illis, quamvis pau-
cissimis, qui ex fide Domini fidei propheta ante an-
nos adventus eius salutem gratia perceperunt: implent

19.

sanctorum beatissimum civitatis sempiterna statum.]
Ordinata per Angelos in manu mediatoris, id est
tradita ministerio angelorum, itaque auctoritate
et virtute xpi verbi, eiusque ex potentate stabilita
ut quoad ipse statuit, ac definit, tandem esset per-
mansura. Porro angelorum opera ea signa, et prodi-
gia facta sunt, quae sacra historia narrat. Die illo quo
promulgata est Lex, Nebula cacumen montis Sinai coope-
raverunt, tuba sonus auditus, radij luminis e nube
eruperunt, terra concussa est, excitati fumi et in subli-
mi elati, ionesque emicaverunt. Quis haec nisi Angeli
patrarent? Verbum autem Dei sub typo hominis
apparere solitum in veteri testamento, et dans le
gemme Moysi, et Promissiones Abrahamo

20.

Quidam
propheta
Tunc
et
Angeli
pro
populo
Christi
Ecclesia
Angeli
propheta
Christi
Ecclesia
Angeli
propheta
Christi
Ecclesia
Angeli
propheta
Christi
Ecclesia

Angeli
propheta
Christi
Ecclesia
Angeli
propheta
Christi
Ecclesia



faiers.

fauent, veteribus Patribus placuit fere omnibus. Vide si placet apud Barrad. 10. 1. Conc. 1. de test. Prax. 14. c. 15. Vbi defert sententias Clem. alex. Tertuliani. Justin Martyris. Iuseb. Casari. concily. Sirmiensis.

Digressio An Verbum Dei Legis datur in monte sina.

21.

Verba sunt Natiacenti filium Dei in monte Sinai cum Moysi scimus fuisse locutum, qui agendis, ex plendis q. rebus a Patre ad venerat. Nicephori hac. Certo illis (antiquis hominibus) constitit ipsum xpm Deum visum esse ab Abrahamo; eundem respon sa dedisse Isaac, colloctum esse cum Jacob, cum Moysi autem, et qui post eum fuerunt, prophetis sermonem contulisse, pro eo at q. id sacra indicant Scriptura. Amb. Non Pater in rubo, non Pater in cremo, sed filius Moysi locutus est. Theoph. et Occum. cum Chry sostomo hic mediatorem exponunt xpm, qui legem tulit, et vti eius Dominus, qui dederit, ius habeat eam tollendi, et abolendi. Amb. praeterea, inquit, filium in monte sina cum Moysi locutum esse scimus, qui agendis, explicandis q. rebus a Patre ad venerat, quia omnia a principio, et ordinari, et explicari, et manere con venerat, ut habendi filij hac praecipua ratio constaret, et tamen sic visus accipitur, ut aliquis conspicabilis materia dispositione assump ta videretur, salva scilicet in visibilitate eius etia

Natiac
Dicit
S. Pat
auctori
ter. ad
expli
tionem
S. uis lo
Expectan
Nice
Amb
Theo
Occum
Chry

22.

Verum alij Pater et doctores negoant Deum im me ritate locutum cum Moysi; filium q. perse dedit se legem; sed hoc arunt fecisse per angelos, quorum ministerio utebatur. Huius sententia sunt Dion. Areop. Aug. Ans. S. Tho. Albert. Mag. Grego. opa. Hiero. quos etiam affert Barrad. cit. supra. Verba sunt Anselmi hoc loco. Lex est ordinata per angelos, quia non perse ipsum Deus, sed per angelos Moysi lo quebatur, et praecpta legis dis ponebat. et quia in ipsis angelis xpus erat, qui est mediator Dei et hominum

verbu
im me
appan
quon

in qua refertur
Sanctorum
Patrum diverse
auctoritates



ae

S. Thom.

Aug.

Verbum
Pater
filius
spiritus
sanctus

Idem
Aug.

ac per eos Legem ordinabat, ideo dicitur ordinata per an-
gelos in manu mediatoris. S. Tho. ordinata per ange-
los, & ministerio angelorum, et est data per angelos,
quia lex non debebat dari per filium, quia maior est.]

Aug. de Trinitate lib. 3. ad finem. In h. dicitur angelorum
lex illi populo data est; sed dominum per eam dispo-
nere et pronuntiari ad ventum; et ipse nunquam
verbum Dei in eo, et in effabili modo erat in angelis.

Orator Dei et hominum futurus, ^{ex semine Abrahæ} suum eis ponebat ad
ventum, ut in veniret, a quibus acciperet, confitentis
reos, quos lex non impleta fecerat transgressores.

Unde Gal. 3. Quid ergo lex? transgressionis gratia
posita est, — disposita per angelos in manu
mediatoris, id est in manu sua; non enim natus est
per conditionem, sed per potestatem.] et ibidem addit.

In quibus angelis erat unus, et Pater et filius et spiritus
sanctus, et aliquando Pater, aliquando filius, aliquan-
do spiritus sanctus, aliquando sine ulla distinctione
persona Deus per illos figurabatur; et in visibilibus
et sensibilibus formis apparens, per creaturam famam
suam, non per substantiam suam, cui videnda corda man-
dantur per hac omnia, quæ oculis videntur et auribus audiuntur.]

Paulo post idem Aug. de Trinitate 3. Antiquis Patribus nos-
tris cum deus apparere dicebatur, vocis illa ac species cor-
porales per angelos facta sunt, siue ipsi loquentibus agen-
tibus aliquid ex persona Dei, sicut etiam Prophetas solere
ostendimus; siue adsumentes ex creaturis, quod ipse non
essent, ubi deus figurate demonstraretur hominibus.]

Vide etiam Aug. de civ. lib. 10 cap. 15. sic inquit, divina pro-
videntia placuit ordinare temporum cursum, ut quem
ad modum dixi, et in actibus Apostolorum legitur, lex
in edictis Angelorum daretur de unius veri Dei cultu:
in quibus, et persona ipsius Dei non quidem per suam



substantiam

Substantiam, quae semper corruptibilibus oculis in visibilis
 permanet. Sed certis indicijs per subiectam Creatori creatu-
 ram visibiliter appareret. Et syllabatum per transitorias
 temporum morulas humane lingua vocibus loqueretur.
 qui in sua natura, non corporaliter, sed spiritualiter, non
 sensibiliter, sed intelligibiliter, non temporaliter, sed ve-
 rita dicam, eternaliter. Nec incipit loqui, nec desinit, quod
 apud illum sincerius audirent, non corporis aures, sed a-
 mentis, ministri eius et nuncij, qui eius veritate incom-
 mutabili perfruuntur in mortaliter beati. Et quod faci-
 endum in efabilibus modis audirent, vix in ista vi-
 sibilis et sensibilia perducendum incurtantes, atque
 in difficilius efficiunt.]

24.

¶ Sed quid auctoritatem quarimus Patrum cum aper-
 ta sint scripturae sacrae testimonia. Act. 7. 38. Sunt ^{Acto 38}
 verba Stephani; Hic (Moyser) est, qui fuit in Ecclesia ^{55^{te}}
in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in mon-
te Sina, et cum Patribus nostris, qui accepit verba
vra (id est legem) dare nobis. et versu. 53. ^{Hebr 2} qui acce-
pisti legem in dispositione angelorum. Heb. 2. 2. ^{si}
enim qui per angelos dicitur est sermo. loquitur de hoc
Mosai ca quam confert cum euangelica per xpm
enunciata: per xpm euangelium, per angelos legis
sermo factus est.

25.

¶ Notandum est, et si angeli loquerentur cum ho-
 minibus in dictis apparitionibus, tamen Deum
 representabant, tanquam eius legati, aut inter pre-
 ses, atq; ideo nomine dei nuncupabantur, vti eius
 vocem gerentes, et cum ipsi loquerentur dicebatur deus
 locutus, sic dicit Aug. de Trinitate 3. c. 11, cum verba
 iudicis praeco pronunciat, non scribitur in gestis
 ille praeco dixit, sed ille iudex. Hoc declarat Grego-
 Pa. Angelus, qui Moyse apparuisse scribitur, mo-
 do Angelus, modo Dominus memoratur; Angelus
 propter hoc, quod exterius loquendo ser uiebat,

Dñs

Dominus autem dicitur, quia interiori presidenti loquendi
efficaciam ministrabat. cum ergo loquens ab interiori
relegitur, et per obsequium angelus, et per inspiratio
nem Dominus nominatur. idem similiter explicant Justinianus

Gregorius
Hieronymus
Augustinus

Præterea Notandum hunc angelum, qui vicariam Dei

Gregorius

potestatem oerebat, fuisse Michaelem. de quo Theod. huc
Michaelē eius præfecit universorum Deus, et hoc nos

Dionysius
Areopagita

docet Beatus Daniel. Idem dixit Dionysius Areop. cap. 9.
De celesti Hierarchia. Magno quoque Moysi pollicu
tus est se Angelum una cum populo ministrum. Pan

Pantaleo

taleo Diaconus apud Surium, in encomio D. Michae
lis, Michael inquit, angelorum ductor longe maxi
mus, et excellentissimus minister Divinae legis, quæda
m fuit in monte Sinai. Hoc confirmat Iacobus Bar

Iacobus

radas lococitato s. item Diegas in Apo. 6. 12. Com.

Diegas

1. Sectione 17. m. 6. Ubi citat homilias Pantaleonis hu
ius apud Hippomanum. ex quibus refert maxima
et singularia S. Michaelis in comia. Uti et S. Mi

Michael

chael archangelus Dei, princeps tuæ Synagoga, nunc
vero Ecclesie, personam Dei subternens, eius divinitatis
statem representans, multosq. millibus angelorum

Diegas

stipatus descendit in montem Sinai cum lex data est.
De hoc autem manifestissimo descensu intelligi
potest locus Deut. 33. Dominus de Sinai venit, et de

Diegas

Seir. ortus est subis, apparuit de monte Pharan, et
cum eo sanctorum milia. Item Ps. 67. currus Dei de
cem milibus multiplex, milia latantium. Dominus

Diegas

in eis in Sinai. Cum enim Michael sit princeps exer
citus angelorum, ut patet Apo. 12. quid mirum si
representantem Dei maiestatem tot angelorum

Diegas

comitentur myriades. Uti sentit Baradas, qui
tamen potest intelligi dicit de Deo, non quidem aere in
corpore, ut Patres antequam supra citati, peccarunt, sed

Diegas

in virtutibus modo legem in Sinai per Angelos dante.



878
27.

¶ Si licet mihi, quod occurrat in praesentia, Dicam, opinor
 Dei filium, per quem Deus loquitur, cum sit Verbum
 eius, legem Moysi dedit, atq; dedisse, non per se im-
 mediate, sed per Michaellem, tanquam per vicarias
 eius partes gerentem, Verba facientem, hoc q; voluisse
 significare omnes Patres, quos retulimus. licet enim
 dixerint Verbum, sive Xp̄m non factum hominem,
 sed talem futurum, sub figura humana ad tempus
 assumpta, descendisse in montem, dedisse q; legem,
 non dicunt immediate, sed ministrantibus anoe-
 lis, hoc est, per anoeleos dedisse. Sic q; videtur in
 Aerte dicta, et testimoniis Patrum, quae diversa
 videbantur, posse concordari, in eandem q; senten-
 tiam reduci. Praesertim cum ^{et} declarant Verba
 Gregorij ^{pape} supra relata, in eadem figura, qua an-
 gelus apparebat, latebat, atq; [ut dixit Augustinus, Ver-
 bum dei muro, et ineffabili modo erat in anoeelis.]
 Ita sentit Suarez de leg. lib. 9. c. 2. dist. 2. non immedi-
 ate, sed per anoeleos Deum locutum fuisse Moysi,
 legem q; tradidisse, licet neget, quod quidam Patres
 dixisse videtur, per angelum intelligi debere
 Verbum, ita ut Verbum vocetur anoeleos.
 Augustinus hic ad Gal. per anoeleos administrata est om-
 nis dispensatio Veteris Testamenti, agente in illi
 spiritu sancto, et ipso verbo veritatis, nondum in
 carnato. Sed nunquam ab aliqua Verdicta ad mi-
 nistratio ne recedente. Quia per anoeleos dispo-
 sita est ap̄ta dispensatio Moysi, cum aliquando
 suam, aliquando Dei Personam, sicut Prophetarum,
 etiam Moyses, agerent.

Con-
 sidera-
 tionem
 huiusmo-
 di.
 Greg
 Aug

Suar

Aug

Obiectio

28.

Illud vero mihi difficillimum est, quoniam modo in-
 telligi ^{videat} de xpo in manu mediatoris. ut etiam concedam
 nomen Manus, significare potestatem, ut cum dicitur
 in manu tua est, tamen haec Phrasid hoc loco subordi-



videtur

878
380

Videtur significare, cui verò subordinetur, Verbum, qui huc
dicitur mediator, non centè Angelus, qui ipsi subordinati sunt,
non Patri, qui negatur à Patribus, hic affuisse, cuiusque qua-
lis est filius. Præterea si Xpius futurus erat, quomodo po-
terat nondum existens, actus habere mediatoris, officioq; fun-
gi intercedendi? Nisi fortè dicas Angelos ita Deo nomine
ordinasse, ac dis potuisse legem, ut intuentes in Xpium ven-
turum, in eius manu, et potestate eam relinquerent, ut ipse
tandem ~~Adm~~ in mundum veniens eam corrigeret, tolleret
ve pro sua potestate, et arbitrio, tanquam Dominus, et
Rex, cui omnia subiecta essent. sed adhuc sic dura est
et insolens ratio loquendi. Et versus 20. qui sequitur vix
aut ne vix quidem cum hac expositione connecti potest.

Sed certe Pater superiori fauent explanationi

Attinet tibi supra, Dispositum est per angelos, sed in manu
mediatoris, ut ipse liberaret à peccatis iam per transgre-
ssionem legis coactos confiteri opus tibi esse gratiam
et miseri cordiam Domini; ut tibi peccata dimitterentur,
et in nova vita per eum, qui per te sanguinem fudit, et
reconciliarentur Deo. Hæc quantum siue potestatem
mediatoris Xpi reconciliatricem, et propitiatricem pe-
ccatorum. Paulo ante sic dixerat. Superbienti ergo po-
pulo lex posita est, ut quando gratiam charitatis, nisi
humiliatus, accipere non posset, et sine hac gratia nullo
modo præcepta legis impleret, transgressione humili-
retur, ut quæret gratiam, nec se suis meritis saluum
feri, quod superbum est, opinaretur, ut esset non in
sua potestate, et viribus iustus, sed in manu media-
toris. Iustificatus impium. Hæc satis indicant media-
torem non subordinari angelis, sed angelos in
manu eius potuisse legem, ut per fidei ipsius venturi
mediatoris protestationem reconciliari Deo possent,
et auxilium habere ad servandam legem, qui ante
in carnationem viderunt, et ceteri subsequentes
fidem eius dem Xpi aperti accipientes, et confitentes
Verè iustificarentur.

29.



Hiero

Hieronymus, Postquam bonorum salutem de vtero
 virgini dicitur est natus, Dei, et hominum, Xpi. Jesus
 sequenter est dicitur; antequam vero humanum corpus
 assumeret, et esset apud Patrem in principio Deus
 Verbum ad omnes sanctos, ad quos est factus sermo
 Dei, noch videlicet, Noe, Abraham, Isaac, et Jacob, et
postea Moysen, et cunctos Prophetas, quos scrip-
tura commemorat, mediator tantum modo nuncupa-
tur, sine additamento hominis, ^{Itaque} 1. Tim. 2.
cum dicitur, unus est Deus, unus et mediator Dei
et hominum homo Xpi. Jesus. de in carnato ver-
bo fit sermo.

+ quem necdum
 assumpserat.

30.

Sive vero mediatorem intelligamus Moysen,
 qui ita vocatus est, Deut. 5. 4. et Heb. 8. 5. 6. et 9. 15. 19. 20.
 omnia aptius connectentur. ordinata inquit, id est
disposita, concinnata, in capita distributa, atq; ordine
descripta, per angelos. S. Tho. De ministris, et quasi
 amanuenses, vel interpretes; vel notarios, vel per
 angelos, nempe Michaellem, Dei vocis sustinentem,
 et alios, qui ipsum comitabantur ad Divinam ma-
 nifestationem, et alia munera praestanda;
 prout ipse Michael eis prescripsisset. in manu, id est
 per manum mediatoris, ^{Moyse} ~~per manum~~ per manum mediatoris.
~~Manich Genrad. apud Cecum. Cui. Alex. Nestor.~~
~~quoniam~~ qui inter Deum, ac populum Israëliticum
 medius erat, ac sequenter; atq; adeo in ipso manu, ac
 potestate legem velique operabatur, ut ipse eam pro-
 mulgaret, declararetq; suis Israëlitis. Adam. Caiet.
 Cathar. Genip. Valg. Anas Mont. Salmeron. Vide
 huius ~~verba~~ verba Apostoli indicare Promissio-
 nem multo praesantiorum habuisse auctoritatem,
 quam legem, atq; adeo maiorem habere auctori-
 tatem. Cathar. Caiet. Nam ~~de~~ Promissionis pactum
 à Deo (supra. versu. 17) immediate promanavit, lex
 autem non nisi intercedentibus angelis, tamquam

Hier
 Verbo
 Dei
 in
 mediato
 Moysen
 2. L. 1. 1. 1.
 Hebr. 8. 5. 6.
 S. Tho.
 Salom.
 Xuan.
 Valg.
 Cathar.
 Caiet.
 Anas
 Mont.
 Salmeron.
 Adam.
 Caiet.
 Cathar.
 Genip.
 Valg.



Dei

Dei minister; Præterea Deus ipse per se locutus est Abra-
hamo, non autem Populo, nisi mediatore Moyse, atque
interprete voluntatis diuina per angelos ~~et~~ ^{ex}posita.
Quod sic explico. Summus Pontifex vocat ad se Prae-
positam Societatem Jesu Generalem, et viua vocis ma-
culo mandat ire in Hispaniam. Deinde iussa dat
quibusdam Cardinalibus, ut quod ipsis visum fuerit,
communicato consilio cum Rectore Collegij Romani
si metat nonnullos operarios eiusdem Societatis in
varias orbis partes Evangelium disseminatos.
non potest negari missionem illam præcaram Gene-
ralis in Hispaniam, quasi à Summo Pontifice im-
mediate decretam, maiorem esse auctoritatis, quam
posteriorem, quæ licet ex voluntate Summi Pontificis
~~est~~ ^{est} ~~non~~ ^{si} per Cardinales, et mediante rectore ordi-
nata est, atq; demandata. Similiter si Rex Hispania
pactum transigat cum Magnate aliquo, ut
bellum inferat. Vg. Galbis, ea conditione proposita
ut redeantem cum victoria, et triumpho donet, et
magnis præmijs remuneret, in primis q; sibi gene-
rum assumat, Deinde alterum postulante expe-
ditionem ad versus Mauris remittat comiti sibi cha-
rissimo, ratum haberi quæquid ab eo cum Duce sua
compositum fuerit, nonne satis apparet illam prio-
rem expeditionem plura faciendam, de qua secunda
dicitur alla con el priuado del rey, y con sus ministros
se negocia, no es obra de tanta auctoridad, La yme-
ra si que lleua al rey en el cuerpo. Ita videtur lo-
cutus D. Paulus, La ley alla por los angelos con Moy-
sen se ordena, no pudo per Judicar ala promesa que
Dios por si mismo hizo.

In manu mediatoris Hebraeus est. q. d. per
manum, siue opera mediatoris, sic dicitur in manu
Aggei id est per Aggeum, siue opera, et ministerio
Aggei, Act. 7. 35. dicit Stephanus Hunc (Moysem)

Deus, Dominum et redemptorem (in Aegyptum) misit cum manu angel, qui apparuit illi in rubo. Gna. dicitur an oculo id est in manu angel, signi- ficatur autem Moysem per angelum fuisse prodigra eius q' angel' opera utum. sic hoc loco in manu mediatoris subicit Moysem, quomedio et interprete ut sunt ad tradendam Populo legem.

+ εϋχαρι Αγγελο

+ εϋχαρι Αγγελο, id est

32.

Quamquam Gasp. Sanch. in Act. 7. 35. dicit Ange- lum socium datum Moyse a Deo, quo Patrone et Duce vinceret Pharaonem, et Populum a servitu- te erueret. manus, inquit, auxilium, et ductum significat. Lyra sic explicat, quia rament (Moy- ses) non erat principalis in hoc facto, sed angelus apparet in persona Dei, ideo subdit cum manu alia per manum angel, id est, cum potestate ipsi- us, et sic Moy ses erat illi tanquam minister ad nunctus, in qua explicacione videtur facere pro illo, qui supra nomine mediatoris intelligunt expum. sicut enim Moy ses missus est cum ma- nu angel, id est, cum potestate. sic dicitur protulerunt angeli deditte legem cum manu id est, potestate mediatoris xpi. Ex hoc multum ille sensus satis pro- babilis, vidi Claudiam I. X. AB.

9. Jan. 1673

Lyra

vidi

Quare etiam non dicitur ministeriali, sed de principali potestate verbi, sed non in carnati, potte et cuius- que substitere hanc inter pretationem existimat ut sensus hic secundus non sit contentendus.

33.

est et 3. sensus quem subiciam. ordinata, id est, administrata per Angelos, id est, sacer- dotes Moysem, Aaron, Josue, qui Dei ministri fuerunt. nam angelus officij nomen est, non natura, Malach. 2. Sabisacerdotis cultus dicit scientiam, et legem requirent de ore eius. S. Tho. Cum Gao. Theophy. Bruno. Prim. per angelos sacerdotas etiam in terpretantur in manu et virtute ac potestate xpi mediatoris, per Moysem ad umbrati. Unde est illud Deut. 33 in dextera eius signa lex S. Amb. disposita per Angelos in manu mediatoris.

18



Angelos

Anceles dicit Dei nuncios, id est Moysen, filium Naue, et ceteros
 Prophetas, usque ad Joannem Baptistam, de quo Deus
 dicit. Mitto ancelum meum ante faciem tuam Malachias. 3.
 Per hos ergo Lex ordinata, et posita est a Deo in manu, id est
 potestate Salvatoris. ipse est enim mediator, vel reconci-
 liator Dei, et hominum, ut salvet, quos vult ex iis, qui
 legem per supra memoratos angelos acceperunt. ipse enim
 ait, Sicut enim Pater suscitavit mortuos, et vivificavit, Sic
filius, quos vult, vivificat. Hæc Amb. quibus videtur
 ostendere, non per legem, sed per Xpium justificari potui-
 sse eos, qui legem Mosaicam acceperant; si scilicet cre-
 derent in eum, qui sperabatur venturus, vivam nempe fide.
 Addit verò Adamus cum Grecis Patribus Chrysost. et Cum-
 theoph. si ita lex disposita est, ut tota eius dispensa-
 tio esset per Xpium, hoc est, in manu mediatoris. is enim
 Dominus, angelorum ministri veri huius erant, dubium non est
 quin in illius manu, potestate, et auctoritate fuerit his
 pensata legis abrogatio. Non inficitur Xpium Dominum
 esse etiam Sabbati, ut ipse ait, Matthæi 12. atque ad eum legem
 potuisse abrogare. Verum, ut iam ante dixi, quid agere
 in lege tradenda, seu ferenda potuit Xpūs, antequam
 esset homo; nam sine humanitate non dicitur à Paulo
 mediator. 1. Timothæi 2. ut Deus autem, non et per ma-
 num suam, sed per manum Moysis, et per ministrum
 Michaelis, et aliorum Angelorum legem tradi-
 dit et ordinavit.

Hanc expositionem rejicit Chrysost. orat. 3. ad Heb.
 quam in comm. huius epist. indicat, et eam sequenti
 Cum et Theoph. rationem adducit Quarelib. 9. de leg.
 cap. 2. dicit. Quia nomen anceli sine fundamento
 in textu, ac sine necessitate à consueta significatione
 transmutat, tum quia unus Moyses, et non alij sacer-
 dotes, in accipienda lege minister fuit. ac certum est
 fuisse plures angelos.

Per Justinianus illi rōni in hæret, quod nomen manus

Sub ordinationem inueniat, quae uerbo Dei minime con-
 uenit, Observat enim apud Heb. manum significare
causam, iam precipientem primario, ut ibi manus
Joab tecum est, 2. Reg. 4. 16. iam secundo, ut in
illo, Dominus praecepit nobis per manum Moysis, Josue
17. 4. et Act. 7. cit. sup. sed em ptorem misit (Deus Moy-
sem). Cum manibus angelis. Nunquam pro prima
causa mouente, ut 3. Reg. 18. 46. facta est manus
Dominum super Eliam, Non raro pro instrumento
ut apud H. Dra lib. 1. c. 3. 10. Leuita laudarent Deum
per manus Dauid, id est, Psalmis a Dauid conserip-
tis, sed illud non mirum faciendum est, argumentum,
quod nulla mentio hic fiat de Moysse, per quem Lex data
est, et certe opponi opera precium erat xpo Promissio-
nis auctori, si quidem hoc agit Apostolus, ut legem
post ponat Promissioni: ut fuit Heb. 2. 2. Ubi Evan-
gelium legi opponit, et xpm angelis, per quos Lex
tradita fuit. Cum Euangelium traditum sit immedia-
te per xpm.

35

Quod uero Moyses fuerit xpi typus magis probat
 hic Moysen appellari mediatorem, in eo enim xpi fuit
 imago. Existimo a Sanctis non intelligi xpm
 iam hominem factum, sed uerbum diuinum per
 anticipationem, seu occupationem ita appellatum,
 quia xpus futurus erat, simul et mediator eadem
 figura dici a Paulo potuit, ut sup. Hierony. indicare
 uidetur.

36

In manu mediatoris. Sensus est, sic Lex lata est
ministerium angelorum, ut tamen totius legis potestas
esset penes xpm, qui sic medius intercessit inter
Legem et Euangelij gratiam, ut illius esset finis,
huius initium, sic medium interponens se inter Deum
et homines, ut ipse naturam utramq. in se conseruet,
utramq. alteri conciliaturus. Iuxta. in huius iortur
Mediatoris, qui inter duos latrones medius pependit



manibz.

manibus data est lex; ut tandem staret, quando illi
placuisse dicere consummatum est. mors enim me-
diatoris, ^{causa} erat confirmationis quando dicitur Idem Iren.

Quod Caietanus appellet Moysem dimidiatorem, quod
per leonem eius dicitur sit, et quasi dimidiatus hominum
catus israelitis segregatis à reliquis gentibus, non vide-
tur ad rem facere, neque id munus est mediatoris, sed
potius ad mediatorem pertinet in unum divisos reduce-
re ac cogere.

Scholia in v. 20.

Ver. Mediator autem, unus non est, quoniam haec.

ut nimirum dictis precedentis versus ultima parte
lux afferatur, intelligatur & quid significet, in ma-

num mediatoris. ita S. Tho. Qui ergo mediatorem
xpum intelligunt, variae expositiones committuntur:
non nullas recitabo, ut lector, qui sit textus accommo-
dation, diiudicet. ~~Mediatorem~~ ^{Corne} Mediatorem Jesum xpum

secundum hominem dei ex illa eiusdem Apostoli
sententia fit planius. 1. Tim. 2. Unus enim deus, unus
& mediator dei et hominum homo xpus Jesus.

Mediator ergo inter deum et deum esse non potest, quia
unus est deus; Mediator autem unus non est, quia
inter aliquos medius est. Angeli porro, qui non lap-
si sunt à conspectu dei, mediatore non opus habent,
per quem reconciliantur. Item Angeli, qui nullo
suadente spontanea praevanitione, sic lapsi
sunt, per mediatorem non reconciliantur. Quis
ergo, ut qui mediatore superbo diabolo superbi-
am persuadente detectus est, mediatore humili xpo hu-
militatem persuadente, eripatur. haec tenus ostendit

Aug. mediatorem duntaxat esse pro homine, qui
eo indigebat, siq. soli utilis esse poterat. Audi quid de
inceps adiungat. Nam si filius dei in naturali aequa-
litate Patris manere vellet, nec se exinaniret formam
serui accipiens, non esset mediator dei et hominum;
quia ipsa Trinitas unus deus est, eadem in tribus.



collecta, que sic breviter aptari potest. Lex disposita est per
 Angelos in manu mediatoris, per quem reconciliari oportet
 transgressores. Quis Deo, talis enim iis apposta fuit, ut per
 crebras transgressiones cognoscerent suam imbecilli-
 tatem, atq; ita humiliati, et de se ipsis diffidentes ad me-
 diatorem confugerent, a quo ordiam, et vires acciperent
 ad rem veniendum. Porro Mediator unus non est, Nam +
 is dicitur Mediator, qui inter aliquos mediator est, inter
 plures Deos non potest esse mediator, quia Deus unus est
 et non plures, Angelus bonus non opus est, malis non est
 utilis, Propter eorum malitiam induratam, ergo cum
 homo indigeat propitiatione apud Deum, mediator erit
 inter Deum et homines, non potest autem filius Dei in
 sua deitate esse Mediator, quia Pater et filius, et spi-
 ritus Sanctus unus Deus est, igitur, ut sit mediator,
 fiat homo necesse est, ita per humanitatem erit a Deo
 diversus, et per divinitatem distinctus ab hominibus,
 atq; ita homo Deus, erit optimus inter Deum hominesq;
 mediator. Sic igitur declaratur, quid significetur no-
 mine mediatoris, quod est Pauli intentum V. 20.
 Atque (ut Adam, explicat) sic patet legis Doctrinam
 non sufficere, sed opus esse Mediatore, et reconca-
 tore ad salutem, et melius colligit illum. Si igitur Xpus,
 et non lex conciliavit nos Deo, manifestum est qd
 Xpus, et fides in Xpum salvat, et non lex.
 Hac est e' expositio, quam profert S. Tho. eandem ex-
 plicat Bruno, item Lomb. ubi moloco glossa etiam
 Ord. ~~quod dicitur in libro de summa~~ eandem habet
 illum Adamus. Sic sententiam Augⁿⁱ declarat Claudius.
 Mediator unus non est, sed duorum, ut puta offensi,
 et offendenti. quia vox mediatoris proprie signifi-
 cat eam, qui mediatorem agit inter offensum, et offen-
 dentem. Nos sumus offendentes, Deus autem cum
 lege sua est offensus. Deus natura unus est, a se
 ipso dissidere non potest. Quia ergo Deus Sanctus

Mediator
 Angelus
 bonus
 malis
 utilis
 homo
 Deus
 Pater
 filius
 spiritus
 Sanctus
 unus
 Deus
 est
 igitur
 fiat
 homo
 necesse
 est
 ita
 per
 huma-
 nitatem
 erit
 a Deo
 diversi-
 us
 et
 per
 divini-
 tatem
 distinctus
 ab
 homini-
 bus
 atq;
 ita
 homo
 Deus
 erit
 optimus
 inter
 Deum
 hominesq;
 medi-
 ator
 Sic
 igitur
 decla-
 ratur
 quid
 signifi-
 cetur
 no-
 mine
 medi-
 atoris
 quod
 est
 Pauli
 inten-
 tum
 V. 20.
 Atque
 (ut
 Adam,
 expli-
 cat)
 sic
 patet
 legis
 Doctrinam
 non
 suffi-
 cere,
 sed
 opus
 esse
 Medi-
 atore,
 et
 reconca-
 tore
 ad
 salu-
 tem,
 et
 melius
 colligit
 illum.
 Si
 igitur
 Xpus,
 et
 non
 lex
 concili-
 avit
 nos
 Deo,
 mani-
 festum
 est
 qd
 Xpus,
 et
 fides
 in
 Xpum
 salvat,
 et
 non
 lex.
 Hac
 est
 e' ex-
 positio,
 quam
 profert
 S. Tho.
 eandem
 ex-
 plicat
 Bruno,
 item
 Lomb.
 ubi
 moloco
 glossa
 etiam
 Ord.
 quod
 dicitur
 in
 libro
 de
 summa
 eandem
 habet
 illum
 Adamus.
 Sic
 sententiam
 Augⁿⁱ
 declarat
 Claudius.
 Medi-
 ator
 unus
 non
 est,
 sed
 duorum,
 ut
 puta
 offensi,
 et
 offen-
 denti.
 quia
 vox
 medi-
 atoris
 proprie
 signifi-
 cat
 eam,
 qui
 medi-
 atorem
 agit
 inter
 offensum,
 et
 offen-
 dentem.
 Nos
 sumus
 offen-
 dentes,
 Deus
 autem
 cum
 lege
 sua
 est
 offensus.
 Deus
 natura
 unus
 est,
 a
 se
 ipso
 dissi-
 dere
 non
 potest.
 Quia
 ergo
 Deus
 Sanctus

42.

††

est.



hominum, homo Jesus xp̄us. iuxta autem quod Deus est à Patre hunc non separari, sed unum esse cum Patre. Sive enim Pater, sive filius Deus unus est. Deus enim natura nomen est, et potestatis, quam in Patre esse in diuina manere ipsa nomen ratio docet. Hactenus Amb. cuius hac est mens, et scopus, ut ex munere mediatoris declararet nam non per susceptio nem leois veteris, sed per xp̄um pacificata conser uet cum Deo, atq̄ ad eum dimissa lege, xp̄o adhaerendum illis esse. quae conseruatio textus satis conuincit.

46.

Hac expositio ponitur à Lombardo, et à Glossa ordi naria. Anselmo non satisfacit, sed non eodem ipse modo videtur intellexisse. S. Tho. affert 3 loco Bruno sic breuiter expressit, Mediator non est vnus, id est, iudaici populi tantum, sed vnus (nempe mediator) id est, aequi gentilis, sicut iudei. Hoc inde constat, quia est Deus tam bene gentilis, sicut iudei. Hoc est, Deus autem vnus est. At forte hac est expro sitio, quam S. Thomas 2 loco habet nam in 3. Am brosium secutus est, addit vero cum Lombardo et Glossa ord. specialiter autem Mediator est, filius, non Pater, non spiritus Sanctus, nihilominus tamen vnus Deus est.

47.

Sunt qui ita explicent Mediator autem vnus natura, aut substantia non est, sed duplex, humana quidem, atque diuina, Deus autem vnus est, sed quantum hac affert Apostolus. Re Primarius, ideo hoc addi, ne quis cum propter officium carnis assumpta ab unitate diuina substantia separet. Theoph. Quia xp̄us media tor et reconciliator est, per primum, quod ipse seruet, et non lex.

48.

Clarior. Mediatore opus est, qui offenso deo re conciliet homines offensores, hoc non potuit lex, ergo suscipiendus est mediator xp̄us, cuius



grā

890
386

gratia, et non lege salvi esse debemus. Lex in manus nos-
tra non erat posita, ut eam implere possesimus, sed illa
indicabat nostram hanc imbecillitatem, dum transire
veremur, sed in futuri Christi verum Mediatoris manu, qui
eam implevit, et ita non ut justificaret posita et addi-
ta est, sed ut manum mediatoris requireret.

49.

Quia vero Mediatorem Moysen sunt interpretati, qui
prope cuius ministerio ut fuerunt Angeli in Ordinatione
ne, seu dispositione, ac promulgatione Legis, iuxta illud
Act. 7. existimabat. Moyses intelligere, fratres, quod
Deus per manum ipsius daret salutem illis. Varias
etiam expositiones ex cogitatione loci propter suam
concisionem difficilimi. Et Adami, Mediator illi, ante
nomasthosis, sicut Moyses, non unius est voluntatis,
consilij, ac decreti, sed ut homo mutabilis est, Deus autem
unus est, id est in sua voluntate immutabilis. Ex quo
colligitur Legem a Moysen latam mutabilem fuisse,
ac promissionem immutabilem, ut patet a Deo factam.
In hac expositione scilicet videtur violenta, et absque
exemplo.

50.

Et Gennady auctor antiqui et Catholici apud Olympeum,
quam probat Oster Salmeron. Moyses quidem Me-
diator est fuit, in danda lege, sed unius populo dant axat,
oportet et autem eum, qui unius Mediator futurus
est, erga ^{unum} Deum ^{omnium} gentium omnium, quam

+ Creari non su-
per mediationem
unius gentis, sed
omnium gentium:

Sic brevis Mediator autem unius populi gentis
non est satis ad reconciliandos omnes populos, et
gentes, Deus autem, cui reconciliandi sunt, unus est
omnium populorum et gentium. Ephe. 4. 6. unus Deus
et Pater omnium, qui est super omnia, et per omnia,
et in omnibus. Et 1. Tim. 2. 5. Quare illa lex, in qua

Moyses mediator extitit, non fuit ad reconciliationem
sufficiens, si quidem unius fuit, non omnium, ut
oportebat, populorum, ac gentium.

Hunc

51.

Hunc autem oportet esse, non nudum hominem, qualis
 erat Moyses, sed xpm filium Dei, qui idem simul
 vere Deus est, et vere homo, et cognatione, quam ad
 vram q̄ habet, vtrumq̄ in se ipso coniungit. Hac
 Gennadius. Addit Salmeron. mentem Apostoli. Salm
 hanc fuisse in hoc versu 20. ut conuinceret, quod in
 precedente dixerat, Moysem nempe Mediatorem
 subduci; præsertim si rex sit; quod fecit Philippus 2. Hispaniæ, et Indiarum Rex
 relinquens quatuor regni tutores, seu procuratores; quos tamen repulit statim heres
 filius Philippus 3. qui 20 annum agebat ætatis, sed hæc iuris peritis relinquenda.
 Hactenus Prothesis, sequitur Apodosis, s. redditio, seu applicatio similitudinis.

Institu. l. 1. Tit. 22. soluitur tu-
 tela per puber-
 tate, tum masculi
 tum feminae.
 Pubertat[is] aut[em] in
 masculis postea
 plebi decimum quatuor
 tum annu[m] incipit;
 in feminis ab an-
 no duodecimo co[m]pleto.
 Deinde tit. 23. Masculi h[ab]ent
 O. quia puberes fa-
 li sunt curato-
 ris accipiunt, do-
 nec vigesimo
 quintum annu[m]
 egressi fuerint.
 Ad hoc leges li-
 debet alludisse:
 Ania translatis,
 Vulgata Veroma-
 gis Græci voca-
 bali propria
 tum expressit.
 At utriusq[ue] san-
 sum Apostoli et
 timata videt[ur].

Ita et nos, Iudei scilicet, ut supra cap. 3. 25. Scribandus gentes etiam sub eo pro
 nomine intelligit. Ante Christi aduentum, etiam si filij Dei verè, et heredes Abraha-
 micæ ~~promissionis~~ benedictionis ex meritis Christi suo tempore venturi, tamen saltem
 secundum illum statum eramus, certè videbamur, atq[ue] exterius tractabamur ut pue-
 ri subiecti alphabeto, seu alphabetario præceptor. Nam cum illa elementa, et quasi
 rudimenta pusillorum nullam haberent virtutem ad iustificandum; Christusq[ue] a quo
 omnis iustificatio proueniebat, nondum apparuisset; quicumq[ue] sub talibus erant riti-
 bus, quibus iustificari non poterant, quamquam aliàs, scilicet, ex Christi fide, et
 merito essent iustificati, atq[ue] ad eò verè filij Dei, tamen exterius peccati serui iudi-
 cabantur, ut pote qui illis seruirent ceremonijs, illisq[ue] subeunt remedijs, quæ ex se
 peccata minimè possent auferre.

Cum essemus paruuli. Græcè $\nu\eta\pi\iota\omicron\iota$, Arias, Infantes. Erasm. pueri, s. rudes
 et imperfecti, minusq[ue] capaces cognitionis, et dilectionis iustitiæ, pietatis, salutis
 q[ue] eternæ. Anselm. id est, cum adhuc essemus, tamquam in ætate puerili; imbecilles,
 nec omnino viribus confirmati ad capessenda altiora, et profundiora mysteria sed
 in rudi religionis primordio versaremur, nec ad bene operandum, recteq[ue] agendum
 robore animi, nec scientia rerum celestium valeremus.

Sub elementis mundi. s. quasi sub tabella elementaria, seu alphabetaria
 pueruli, sub quibusdam materiatis formis, ceremoniarum, rituum, sacrarum, sacri-
 ficiorum, cultuum, institutionum, obseruationum. Eramus seruitutes. Græcè $\epsilon\sigma\sigma\lambda\omicron\upsilon\mu\epsilon\nu\omicron\iota$. Arias, Eramus seruituti addicti. Erasm. in seruitutem addicti. Syr.
 redacti. quibus omnibus nimis seruitutis angustia indicantur. q. d. sicut alpha-
 betarij pueri, quibus tabella grandioribus notata characteribus datur in manus
 rudioris ingenij, et debilitatis ætatis formandæ causa: sic nos eramus ferula legis,
 et iugo pressi, literæ, et scripturis, earumq[ue] prescriptionibus, tamquam alphabeto, man-
 cipati, addicti, ac pene sepulcra.

Elementa mundi. s. Somnium quia Somnibus data, qui appellatione mundi no-
 tantur. Ioan. 1. 10. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non
 cognouit. ita ex Hieronymo, et Legionensi. dicta sunt autem elementa mundi
 secundum alios, quasi non super celestia, aut spiritualia, quæque mente per fidem
 illustrata comprehendantur, sed sublunaria, mundana, corporæ, et quæ sensibus ob-
 yciuntur, quæque ut caduca, et temporalia cessura essent euangelio, et ipsius luce exor-
 ta, casura, atq[ue] interitura. S. Thom. Adam. Legion. Gagn. S. Austin. Clarius,
 Bruno, sed de his exactius in Theoria. Scribandus qui hunc versum 3. non solum

7.

8.

11

9.

51



ad ludgos, sed ad gentes accommodat, asserit, elementa mundi hinc nuncupari legem scriptam, et naturalem, hanc ethnicis, illam vero ludgis ad Dei cognitionem maiorem quasi ducem fuisse, et ut initialia elementa.

Theoria Prima

An sub lege veteri aliqui dicendi fuerint filij Dei?

Ex dictis collige qualis fuerit ille status sub veteri lege Mosaica. Num filiorum haud inficior. Hereditatem nempe Abrahæ promissam sperabant. ita sane. Verum paruulorum, rudium puerorum, ac pene infantium. qui literas quidem nominant inter se iungunt, dictiones dictionibus aptant, legunt, nec intelligunt tamen, nec quo pertineant, quæ scripta sunt animaduertunt. eiusmodi quidem fuerunt (sicut dicitur) qui literas serentes, spiritum sub ea latentem non sunt assequuti. quorum cordibus adhuc velamen inest ignorantie. 2. Corinth. 3. 15. egregie S. Cyprianus serm. De Passione Domini paulo ante finem. Tanta, inquit, erat spissitudo velaminis, et crassitudo doctrinæ, qua erant Moyses scriptura imbuti, ita erant eorum sensus hebetos, et ingenia tenebrosa, ut in verbis legis nihil diuinum saperent, nihil aliud quam exterioris umbraculi integumenta viderent, neq; ad sacramentorum secreta aliqua intellectus indagare penetrarent. imo si quis vellet eos in sancta inducere, et intro ducere in arcana, profundaq; mysteria, impium iudicabant, et stultum, mel de petra sugere, et de saxo durissimo oleum eliquare. qui huiusmodi erant, eos equidem non modo seruos, aut natos domi vernas, verum et mancipia emptitia ore pleno, et

buccis concrepantibus nominauero. ut pote qui timore adacti serui, potius quam spe integra melioris status, legalibus præceptis, ac multitudinis ritibus cogentur inseruire. Nihilominus filiorum à Deo nomine dignati sunt. et constat Exod. 4. 22. Deut. 14. 1. 1. Matt. 23. 26. Rom. 9. 4. Verum typicè, et umbraticè, quia veros filios adoptionis euangelicæ præfigurabant. ut rectè exponit Tolletus Rom. 9. quem tamen locum Pauli alij de vera filiatione intelligunt, ut Quares in 3. p. 9. 23. art. 13. obicit auctoritates scripturæ, et Patres, quibus probatur, ac declaratur, antiquorum Patrum veram adoptionem filiorum Dei esse. quod ex sequentibus clarius patebit.

11. Attamen erant alij selectiores, licet pauci, ac rari, qui in adita, et arcana legis penetrantes, literarum cortice perfracto, et umbrarum velamento reserato, nucleum spiritus degustabant, et lucem videbant celestem, Christi gratia venturi fide, et charitate inflammatis, eius felicissimum aduentum expectabant; Hos ego, licet specie tenus, et conditione status seruos, verè tamen filios, et si nondum ætatis proeucti, et perfecte liberè nuncuparim. Cuiusmodi qui vera iustitia donati sunt, veram adoptionem similiter sunt adepti, non tamen ex vi legis, sed per merita iam tunc operantia Christi venturi.

12. S. Thomas; illi erant simpliciter serui, qui propter timorem pœnæ, et cupiditatem temporalium legem seruabant. At qui licet exterius attenderent ad temporalia, et vitarent pœnas. nihilominus tamen in eis finem non ponebant, sed accipiebant ea, ut figuram spiritualium bonorum, hi quasi serui existentes, erant verè filij et heredes, exterius non differabant à seruis, sed Domini erant quatenus amore spiritualium bonorum ducebantur. Latebat itaq; felicitio donec fides per euangelium claris emicaret, seruitus apparebat, ut in pœnultima, atq; infantili ætate. vide Theophylat. in Rom. 8. 15.



13.

status cerei veteris legis magis erat seruorum, licet multi essent verè filij; at noue
 is status magis est filiorum, et si multi sint serui, fides enim viua. i. per charitatē
 operans filios facit, seruos verò peccatum efficit. Erant enim in statu seruorum, quip-
 pe qui sub legis iugo, timoreq; vivebant, nec effectum plenum adoptionis obseruata
 nua reorū colorum poterant obtinere. Verum propter excellentiam fidei priuilegiū
 eius adoptionis, quod proprium est status gratiæ concessum est, non tamen integrè, ac
 perfectè, sed ut status permittebat adhuc libertatis, et hereditatis nondum plene capax,
 ut interpretatur Suarez in 2. p. q. 25. art. 9. mentem Cyrilli, et Chrysostomi asseren-
 tium adoptionem antiquorum Patrum solum fuisse figuram nostræ adoptionis. pueri
 ea neq; ad tam sublimem filiationis gradum euocati sunt, atq; Apostoli, et alij sancti
 noui testamenti, in quos spiritus Sanctus liberalissimè effusus est. cum enim Christus
 Dominus author sit gratiæ, et adoptionis, atq; hæc pertineat ad nouum testamentum,
 quod in Christi fide fundatur, ac stabilitur, veteres illi sancti Patres non quidem ex le-
 ge, sed ex fide iustificati ad nouum testamentum reuocantur. In quo Christus serua-
 tor ablato, et ablegato spiritu timoris, quo illi premebantur, spiritum amoris gratiæ adop-
 tionis substituit, et uniuersalius impertiuit. Non itaq; ex lege, sed ex fide, non ex timo-
 re, sed ex amore, non ex Moysē, sed ex Christo adoptio, filiatioq; promanat, ac prouenit, ut
 mox dicitur versu. 3.

14.

Gabriel Vasquez in 3. p. q. 88. c. 3. refellit eos, qui antiquos Patres dicebant, neque
 plenè, neq; perfectè nomen filiorum Dei meruisse, eo quod licet heredes regni cælestis,
 non tamen in illud statim admitterentur. Hæc, inquit, ratio nihil obstat potuit veræ, et
 perfectæ adoptioni, de cuius ratione est ius ad hereditatem, non consecutio eius, i. sine mo-
 ra, et simpliciter, sicut patet in naturali filiatione, quæ iusta de causa potest differri,
 vel amitti. Adoptionem verò Rom. 8. 23. appellari dicit rem adoptione promissam, ut
 statim declaratur apponendo redemptionem corporis nostri, similiter spem poni pro
 re sperata, sequenti versu, et alibi certum est. nomen quippe contentis pro contento
 tropicè ponitur per Metonymiam. An ratio adoptionis, ut integra sit, requirat here-
 ditatem, an dumtaxat ius ad illam, videtur controuersum inter Scholasticos Doctores, et
 pleriq; in priorem partem videntur duci. sed mihi Gabrielis Vasquez opinio maxi-
 mè placet, quam etiam præbat Suarez De lege lib. 10. c. 8. Sententiam Soti interpretans,
 ac corrigens satis doctè ac peramanter.

15.

Gentes verò, quibus lex Moysis ad salutem necessaria non fuerat, potuerunt
 etiam ex fide feruenti eodem etiam adoptiuorum filiorum priuilegio gaudere; quod
 de sancto Lobo patienti exemplo singulari, et Christi Iesu patientis typo admirabi-
 li dubitari non potest. Si igitur non lex, sed fides adoptionis origo est, et qui sub le-
 ge fuerunt fide præstantes, tamen paruulis annumerantur, ac seruis, quid est quod
 Galatæ tantopere legem desiderent, eiq; velint subdi? Numquid iam viri facti, et
 prouecti ætatis filij per viam Christi fidem ad minorem ætatem retrocedentes
 expetunt subritibus antiquatis, ac subranidij iterum respuerascere? quiq; sui iuris
 per gratiam filiationis effecti sunt, seruilem status conditionem incauti, atq; im-
 pudentes induent? Absit à mentibus fidelium, et Christi famulorum, imo fra-
 trum eiusmodi stulta cogitatio. —

16.

qui voluerit adeat Augustinum lib. 3. c. 4. contra duas epistolas Pelagianorum, ubi ex-
tendit Patres antiquos, et spiritum sanctum adiutorem habuisse filiasque promissio-
nis, et gratie fuisse. unde hec pauca, que supra dicta confirmant excerpimus. siue
igitur Abraham, siue ante illum iusti, siue post eum usque ad ipsum Moysen, per quem
datum est testamentum à monte Sina in seruitutem generans, siue ceteri prophete
post eum, et sancti homines Dei usque ad Iohannem Baptistam filij sunt promissionis
et gratie, secundum Isaac filium liberę. non ex lege, sed ex promissione heredes
Dei coheredes autem Christi. Absit enim ut Noe iustum, et prioris temporis iustos,
et quicumque ab illis usque ad Abraham iusti esse potuerunt, vel conspicui, vel occulti,
negemus ad supernam Ierusalem, que mater nostra est, pertinere; quamuis ante
more tempore inueniantur esse, quam Sara, que ipsius liberę matris prophetiam,
figuramque gestabat. quanto euidentius ergo post Abraham, cui sic declarata est,
ipsa promissio, ut Pater multarum gentium diceretur, quicumque Deo placuerunt,
filij promissionis habendi sunt. Non enim ex Abraham, et deinceps Iustorum ge-
neratio verior, sed prophetia manifestior reperitur. Ad testamentum autem ve-
tus, quod est à monte Sina in seruitutem generans illi pertinent, qui cum acce-
perint legem et iustam, et sanctam, et bonam, putant sibi ad vitam litteram
posse sufficere, et ideo, qua fiunt factores legis, diuinam misericordiam non que-
runt, sed ignorantem Dei iustitiam, et suam iustitiam volentes constituere, iusti-
tię Dei non sunt subiecti. ex hoc numero fuit illa multitudo, que aduersus Deum
in eremo murmurauit, et idolum fecit, et illa, que iam in ipsa terra promissionis
fornicata est post Deos alienos: sed hec quoque in ipso vetere testamento reproba-
ta est multitudo. illi etiam quicumque ibi erant, sola, que ibi Deus pollicetur;
terrena promissa sectantes, et quod pro nouo testamento ea ipsa significant igno-
rantes, eorum adipiscendorum amore, et amittendorum timore Dei precepta ser-
uabant, imo non seruabant, sed sibi seruare videbantur. Neque enim fides in eis
per dilectionem operabatur; sed terrena cupiditas, metusque carnalis, sic autem
precepta qui facit proculdubio inuitus facit. Mauult enim omnino non facere,
si, secundum ea, que cupit, et metuit, permittatur impune. Ac per hoc in ipsa volun-
tate intus est reus, ubi ipse, qui precipit, inspicit Deus. Tales enim erant filij terre-
ne Ierusalem, de qua dicit Apostolus; seruit cum filiis suis pertinent ad testamen-
tum vetus à monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar. Ex ipso genere
fuerunt, qui Dominum crucifixerunt, et in eadem infidelitate manserunt. In eis sunt
adhuc filij eorum in ingenti multitudine Iudeorum: quamuis iam nouo testamen-
to, sicut prophetatum est, per Christi sanguinem patefacto, atque firmato, et in flu-
mine ubi baptizatus, magisteriumque professus est usque ad terminos terre euange-
lio diffamato. Hieronymus Augustinus.

17.

Hieronymus hic circa v. 9. Sanctos viros, inquit fecisse quidem ea, que le-
gis erant, sed sensum magis legis secutos esse, quam litteram; qui non minus, quam
Abraham, sublato de facie velamento cupierunt videre diem Christi, et viderunt,
et letati sunt. facti infirmo populo infirmi, ut infirmos lucrifacerent, et ijs, qui
sub lege erant, quasi essent ipsi sub lege, ut eos ab idolis, quibus in Aegypto assue-

mentis separarent. Abundum qui ipse est Moysen, et ceteros confabulatores Dei, in ea
 parte conditane, ut non eradamus, eis, et prefinitum tempus, a Patre, venisse, et re
 demptos eos esse de servitute legali, et ad optionem filiorum, consecutos, et heredi
 tatem esse cum Christo: quicquid enim toti generi humana sapientia Dei, qua
 si uni filio, prestatit, hęc eadem vniuersę sanctorum semper suo ordine, et dispen
 satione largita est. Hęc H. H. H.

Theoria. 2.

quid per elementa mundi intelligi debeat.

Varię video ab expositariis explicari quid intellexerit Apostolus nomine elemen
 torum, cum dicit sub elementis mundi eximus seruientes. Plerique enim ad legem
 Moysacam referendum putant; nonnulli etiam ad ritus gentium, sed cur elemen
 ta mundi vocentur, vel ab usuatibus Iudaicę, vel gentiliuam traditionis, non fa
 cile expediunt. Itaque referam diueras interpretationes, ut quid magis vere simile
 sit, factor diiudicet. Patres Gręci, Chrysost. Theophyl. Theodor. Eucim. et illis
 prior Ambrosius, quos nonnulli recentiores sequuti videntur, ut Jeger, Clarus, et
 Caiet. elementa mundi intelligunt ea, quibus mundus constat, tanquam ex prin
 cipijs, et non solum quatuor sublunaria, terram, aquam, aerem, ignem, sed cęlum
 etiam cum luminariis sębe, luna, et astis. Ad hęc enim pertinere constat omnis
 legis obseruationes; nam ex conuersione solis, dies, hebdomadę, anni, temporaque
 distinguuntur, ex Lunę mutatione Neomenię notantur. Purificationes varię aqua
 efficiuntur, fruges et animalia oblationi dedicata, ex terra, et aere pendet; Lucernę
 inconsum, siue thimiamia ignem exigunt. Placet igitur his Doctoribus legales obser
 uationes, quasi elementorum effectus, elementa mundi appellata per metony
 miam. Jegerus elementa Suius mundi, inquit, vocat crassas illas initiales, ele
 mentalesq; legis obseruationes ad mundi Suius elementa, puta aquam, ignem,
 terram, solem, et Lunam pertinentes; cuiusmodi erant purificationes, Neomenię,
 et sabbata, oblationes frugum, victimę, holocausta, discrimen inter animantia mun
 da, et immunda, traditiones de igne, et Lucernis non accedendis sabbato. Citat autę
 Tertulianum lib. 5. contra Marcion. cuius hęc sunt verba, sed quę velit intelligi
 elementa (primas scilicet literas) ipse declarat. Dies obseruatis, et menses, et
 tempora, et sabbata, opinor et cenę puras, et ieiunia, et dies magnos. vide infra
 Clarium. Hęc expositio non omnino satisfacit difficultati questionis.

18.

Sanctus Augustinus elementa mundi proprie etiam intelligit, sed non ad Moy
 Saicos ritus, sed ad idolatriam gentium refert: cum superius, inquit, Legem pe
 dagogum fecerit, sub quo erat populus ille Iudęorum; quine procuratores, et actores
 dicat elementa mundi, sub quibus seruiebant gentes; ut filius ille paruulus, s. popu
 lus propter vnā fidem ad vnū semē Abrahę pertinens, quoniam et de Iudęis,
 et de gentibus congregatus est, partim sub elementis fuerit sub pedagogo legis
 tempore pueritię suę, s. ex ea parte, qua de Iudęis congregatus est; partim sub ele
 mentis Suius mundi, quibusdam tanquam procuratoribus, et actoribus seruierit
 ex ea parte, qua de gentibus congregatus est. quod autem Adamus obseruauit
 sub persona prima loquutum Apostolum supra cap. 3. versu 23. 24. 25. cum

19.



loqueretur de Iudæis, quibus se, ut natura Iudæum annumerabat: deinde verò à v. 26 locutum sub 2. persona cum Galatis, ad quos scribit epistolam vobis ad Sunc versum 3. ubi iterum reddidit ad primam personam (quamquam indicium est hæc ad Iudæos pertinere) non magni momenti est: cum ostendat August. satis decenter se annuere posse ijs, quibus ad euangelisandum missus est.

20.

Hieronymus Elementa mundi, inquit, eosdem, quos supra dixerat, tutores, et ac- Hieronymus
Elementa dicitur
tutorum et ac-
tores appellavit, quod sub ipsis primùm presidibus constituti (quia necdum Dei fi- 1. Expositio
Elementa dicitur
tutorum et ac-
lij ad nos capere poteramus aduentum) erudiebamur in mundo. Nonnulli eos esse Anselmi præfatio
Elementorum
angelos arbitrantur, qui quatuor mundi elementis presideant, terræ videlicet, aquæ, 3. Expositio
Cæli, et in
continenti, sicut
ut Geom.
igni, et aëri, et necesse esse, ut priusquam quis credat in Christo, illis arbitris guberne-
tur. Elementa mundi cælum et terram, et ea quæ intra hæc sunt, pleriqs appellata
putant, quod videlicet solem, Lunam, maria, sylvarum, et montium Deos, et sapien-
tes Græcæ, et barbaræ nationes, Romaniqs omnium superstitionum sentina venerentur,
à quibus, cum Christus venerit, liberamur intelligentes ea creaturas esse, non numina.
Alij elementa mundi legem interpretantur Moysi, et eloquia prophetarum; q. d. per
Sæc, quasi initia, et exordia literarum, Dei timorem, qui sapientiæ principium est, sus-
cipiamus. Et post pauca. Potest igitur (ut diximus) Moysi lex et prophetæ pro elemen-
tis accipi literarum, quod per eas syllabæ iunguntur, et nomina, et non tam sui, quam
alterius rei utilitatem discamus, ut possimus orationem legere contextam, in qua sensus
magis, et ordo verborum, quam literarum principia considerantur.] Hæc Hieronymus.

21

Anselmus hanc expositionem Hieronymi, quam ultimam probat, amplexus est. Anselmus ex-
ponit per
m.
Elementa, inquit, mundi, lex Moysi, et omne vetus instrumentum intelligitur, quibus
et nos adhuc, quasi elementis, et religionis exordijs, Deum discimus, quomodo elementa
appellantur literæ per quas syllabas ad verba coniungimus, et ad texendam orationem
longa meditatione procedimus. An quoq; musica habet elementa sua, et geometria
ab elementis incipit linearum; sic elementis veteris instrumenti, ut ad euangelicam
plenitudinem veniat, sancti viri eruditur infantia. unde et centesimus nonus decimus
Psalmus, omnesq; alij, qui literis prenotantur, per Ethicam nos ducunt ad Theologicam,
et ab elementis occidentis litteræ, quæ destruitur, transire faciunt ad spiritum vivifican-
tem. Propter quod, et elementa, quasi eleuamenta dicuntur, quia nos elauant à vi- Elementa
4. Eleuamenta
sibilibus ad inuisibilem intelligentiam] et si, ut s. Brunoni placet) dici possint qua-
si elementa, quibus eliminatur rudior ætas, vel quasi hylementa, s. materialia, quod
vbi materia sit.

22.

Hanc expositionem Hieronymi, et Anselmi multi ex posterioribus sunt secuti, Anselmi
opinionem
ut Lyra, Adamus, Clarius, Salmeron, Gagnæus, Austrianus, Lombardus, Erasmus. ex-
plicat verò Clarius, sicut 2. Cor. 3. litteram vocat, sic hoc loco elementa appellat Pau- 2. Cor. 3.
lus scripturam, seu legem scriptam, ipsas scilicet litteras, quibus lex constat Moysi, Lex
Christi
liberum
omnem
idq; facit, inquit, per quamdam tæpyriosim, seu Sumiliationem, ut extenuet gloriam,
et opinionem iustitiæ, et operum legis, ut quæ negs iustitiam, negs spiritum ipsum confe-
rant, sed velut exordia data sint hominibus rudibus adhuc, et nondum capaci bus euan-
gelicæ doctrine.

23.

S. Thomas etiam hanc Hieronymi expositionem tenet, atq; dici legem elemen- S. Thom.
2. 2.
c. 1.



ta mundi, quia terrena promittebat. Gagnicus quia carnales observantias imperabat. Frasm.
 quia temporalia, et caduca proponebat; quae cum mundo transeunt. Certè mundi. Quid arbitror,
 quia littera legis non se attollit à terra, nec alterius mundi, s. reperi colorum, in cortice
 promissa preseferbat. Lombardus, Lex, inquit, per elementa intelligitur, quia ipsa est
 prima institutio ad fidem, et iustitiam; sicut ab elementis principium discendi assumunt
 parvuli, mundi verò additur, quia non caelestia, et aeterna, sed terrena promittebat, vel
 transitoria, ut est mundus. Clarius, elementa interpretatur ritus, et ordines corporales, sub
 quibus tanquam visibilibus elementis, serviebant, vel fastidiebant; quae tempera requiruntur,
 quod ex hoc visibili mundo constare videntur. Hic auctor, hanc videtur secutus,
 sicut et Lomb. et S. Thom. nam utramque interpretationem recitant. unde, ut distin-
 guant Iudaeos à Gentibus, dicunt illos quidem sub elementis, sive elementaribus ritibus
 Deum coluisse. Hos verò ipsa elementa pro Divi habuisse, ipsosque cultum impendisse.

Equidem vix mihi persuaserim hinc Apostolum de solis Iudaeis verba facere, complac-
 titur etiam Gentes, utrosque autem s. Iudaeos, et Gentes sub particularum figura com-
 prensos vult; utrosque sub elementis servilem vitam, aut quasi servilem, tanquam
 in pueritia transegisse, donec per Christi gratiam in adoptionem, et libertatem filio-
 rum vocati, et coadunati sunt. Considerabat enim divinus Apostolus unum fidelem po-
 pulum Abrahamice fidei, et promissionis heredem, ante Christi manifestationem in
 carne, tanquam in pueritia parvulum, inscium, rudiusculum, atque ad eos tutoribus, pro-
 curatoribusque indigentem, donec ad maturiorem perveniret aetatem, viribusque confir-
 matus, et scientia, sive experientia eruditus, valentior esset, et fortior ad paterna be-
 na capessenda, et retinenda, conservandaque. Interim ne ociosus descideret, viciorumque
 pateret tyrannidi, tum praeterea ut rudis excoleret ~~et~~ annos, Lex illi proposi-
 ta est et naturalis, et scripta; imo totus hic visibilis mundus, tanquam alphabeti
 grandioribus notis exaratum, atque distinctum oblatum est, ut ab effectibus causam,
 ex creaturis conditorem inquireret, et agnosceret.

Non inficior itaque Legem Mosaicam, eiusque observaciones, ritus, ceremonias
 sub nomine elementorum mundi, comprehendendi; quod rationes iam superius alla-
 te satis probant, et interpretum maxima copia, atque Doctorum Scholasticorum cal-
 culus apprimè confirmat. sed aio, affirmoque Suius phrasie tropum obscuriorem
 esse, minus salutum, magisque longe peritum ad significandos Iudaeos ritus, quam
 ethnicos mores, quin arbitror, ideo divinum Paulum appellasse elementa mundi,
 ut dum Gentes deprimere memoria elementorum, quae tanquam numina vene-
 rabantur, simul perstringeret Iudaeos, qui sub elementis mundi, et ipsi viderentur
 servire. Et omni tempore utriusque iam elementa mundi superstitioni erant, siquidem
 observaciones legales iam ducebantur, et abijciebantur, veluti supersticiosae, vanae, et
 infidelitatem preseferentes.

Hic meae explanationi fauent reliqui loci, ubi de his elementis mundi s. Paulus
 mentionem fecit. Primum infra V. 9. et 10. ubi appellat infirma, et egena elemen-
 ta quibus, inquit, denovo servire vultis. ubi illud denovo et quod processit. Iterum con-
 uertimini, aperte arguunt illos velle redire ad elementa, s. ad idola colenda, ut ibi de-
 clarabimus. Deinde is locus, qui est ad Colo. 2. 8. videte ne quis vos decipiat per phi-



Philosophiam, et inaniem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum. ad quem locum alludens August. de civitate. 8. c. 9. ait, causet eos tamen, qui secundum elementa huius mundi philosophantur, non secundum Deum, a quo ipse factus est mundus. Ubi Iud. vius, id est, qui nihil aliud sapiunt, quam elementa mundi, qui ex ipsis, et ab ipsis omnia gigni, interinque agi, et quae bene nate arbitrantur, in nihil aut per parum Deo relinquentes, cuius arbitrij, nisi quae sunt omnia. Ut autem Adamus scite explicat per egegeni ritus est. Apostolus, et priorem phrasim per posterioram declarat. Philosophiam itaque non quamcumque, sed inaniem fallaciam dicit, hancque traditionem hominum, nixam videlicet elementis mundi, quasi principijs, non vero Christi doctrinae, quae divina est.

27. Catharinus elementa mundi explicat ad Colos. dicta, principia ab hominum sensibus ducta, quae sunt ad ea coniectanda, quae existunt supra sensum, fallaciae, qualiter dicit posuit argumenta a philosopho collecta, quibus se probare aeternitatem mundi putavit. at ad Galatas significantur ea principia per quae ad aliquam cognitionem Dei venimus, et quae aliquos Dei nobis effectus declarant, quo ad illius cognitionem tendamus, vera autem doctrina desursum est, et inde descendit. Haec, quae per elementa est, ascendit, et cum sit ad tantam lucem debilissima, ad ea, quae Dei sunt nascibilia solummodo per fidem sumo potest illuc pervenire. Hae Catharinus.

28. Eodem modo exponitur locus eiusdem cap. v. 20. si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi quid adhuc, tamquam viventes in mundo, decernitis, netibginis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis, quae sunt omnia in interitum ipso usu secundum doctrinas hominum. et qui cum Christo mortuus est mundo, non amplius se mundo curat, sed si remanentia, et omnibus, quae mundi sunt, siue ea inducat Lex Moysi, si litera, siue spirita, siue philosophia, aut homo sibi relictus, ut Plato, vel Simon. Itaque elementa sumuntur generice siue pro Iudeorum, siue philosophorum rudimentis, atque principijs mundi, i. carnalibus, quae non ad regnum Christi pertinent, sed ad hunc mundi interitum obnoxium. vivere autem in mundo est secundum ea, quae ostendunt elementa, scilicet Lex Moysi, et naturalis ratio seclusa fide, et gratia. Prohibebat Lex Moysi certos cibos, prohibebant etiam simoniaci, et lyostatici, quare ad omnes doctrinae Apostolicae referenda est, ut recte docet Adamus.

29. In locis iam expositis, et in ep. ad Heb. 5. v. mentionem inducit Paulus elementorum, et nullibi non possunt intelligi elementa quasi rudimenta, et principia, sed diverso modo secundum loci exigentiam, quod egregie explicuit Adamus contra Erasmus defendens Hieronymum in hoc loco epistolae ad Galatas. ex his ergo constare potest elementa mundi non solum ad Iudaeos, sed etiam ad gentiles applicari debere secundum Pauli sensum, et mentem, ita tamen, pro rudimentis, seu principijs sumi, ut si non alia allusio fiat ad Deos gentium, qui elementa erant, et res mundi corruptibiles.

30. Hanc nostram sententiam confirmant opiniones doctorum supra recitatae, et praesertim quas ex Hieronymo retulimus, imo ipse Hieronymus initio huius capituli maxime videtur huius sententiae favere, cum Seras, inquit, iste parvulus totum summanum genus usque ad adventum Christi, et ut amplius dicam usque ad consummationem mundi significat. et post pauca. iste intellectus, ait, ecclesiae catholicae

conuenit, quæ et veteris, et noui testamenti unam assereit prouidentiam, nec distinguit intem-
 pore, quos condicione sociauit.] et paulo post. Tutores autem, inquit, et actores possunt
et propheta accipi, quorum uerbis quoti die in aduentum saluatoris erudiebamur. sicut
 pedagoga Moysi lex supra disserta est, et angeli paruulorum, qui quotidie uidem facie
 Patris, et interpellant pro eis. De quibus dictum est Ps. 39. Immittet angelus Domini in
circumtinentium eum, et eripiet eos. Recti hi sub tutoribus, et actoribus esse dicer-
entur, qui habentes spiritum timoris, nec dum meruerunt spiritum libertatis, et adoptionis
accipere. Etas enim infantiq; ad peccata formidat, pedagogum metuit, non confidit
esse se liberam, licet per naturam domina sit, et secundum utramq; intelligentiam, quatu-
tores, et actores, uel prophetas, uel angelos dicimus; paruulus iste tandiu sub actoribus est, atq;
tutoribus, donec legitimum perfecti uiri tempus impleuerit, legitimum autem tempus, sicut Do-
manis legibus, uiginti quinq; annorum spatio terminatur, ita ad Summi generis perfectionem
Christi reputatur aduentus; statim ut ille uenerit, et omnes in uirum perfectum eruerimus,
pedagogus a nobis, tutorq; discedunt. Tunc auctoritate Domini, et hereditatis possessione
perfruemur, in qua prius nati quodammodo putabamur alieni.]

Hæc sanctus Doctor subtiliter, et erudite, magis tamen moralem, quam literalem
 sensum indicant; siquidem litera subtexta est de Christi priori aduentu, hic uero sensus eam
 accommodat ad secundum; omnesq; uel certe in ecclesia uiuentes paruulos facit. iuxta il-
 lud Christi Mat. 18. 3. Nisi efficiamini sicut paruuli etc. et illud Ipeos. 4. 13. 14. Donec oc-
curramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis filij Dei in uirum perfectum, in mensura
etatis plenitudinis Christi, ut iam ^{non} simus paruuli fluctuantes etc. Nihilominus, dum to-
 ti Summo generi aptat similitudinem, nobis aditum aperit, ut non solum de Iudæico,
 sed etiam de populo gentium explicemus. illud tamen admonitum uelim lectorem, non
 satis mentem Hieronymi explicatam hoc loco à quodam interprete ex recentioribus, dum
 tamen diligenter uideatur uerba eius suæ accommodare uoluisse literali interpretationi.

31.

Catharinus etiam, et de Iudæis explicat sub elementis mundi etatis seruientes, et
 ad Gentes applicat cum ait; Tales autem sunt omnes homines, qui in peccato nascun-
tur, cuius sunt serui per elementa mundi, hoc est per ea principia, quæ de creaturis mun-
di suis eruebant, quibus quodam modo prælucentibus tendebant in Dei agnitionem. nãq;
enim clarior explicabatur eis fides nisi implicate tantum sub arigmatibus, et figuris varijs
et multiplicibus umbris.

32.

Hæc ille. quod uero addit de Apostolis, quos Hieronymus tutores gentium in-
 terpretatus sit, aut ipse lapsus est memoria, aut ad spirituales sensum, quem dixi-
 mus, pertinet, sicut id quod subiungit: Mundus inquit, figuram potest in homine,
qui suas subeat etates, et per incrementa temporum accipiat doctrinam perfectam.
figuratur et pulchre in Christo, qui proficiebat ~~per~~ sapientia, et gratia apud
Deum, et homines. qui cum esset puer subditus erat patri, et matri; at cum in plena
etate euasit, perinde ac si non curata matrem dicit, quæ est mater mea etc. non
 matrem contemnens, sed eos, qui toti pendunt à carne instruens pro Dei negocio car-
 nis posthabere parentes. quo sensu intellige dictum: Nolite uocare uobis patrem
super terram. Hactenus ex sancto Hieronymo.

33.

Digressio.



Aduersus eos, qui adhuc valuti pueri mundi
 Alphabeto seruire non desistunt.

34.

Non parum apte, nec sine magna fructu hęc verba (cum essemus paruuli subelementis
 mundi eramus seruientes) accommodari queunt p̄loriq̄ Sominum, qui ita multotam
 vitam, vel maiorem partem in hoc mundo transigunt; ac si rudiusculi pueri essent, et in
 rebus diuinis tam infantes, ut p̄ter Alphabetum mundi, et elementaria rudimenta, nihil
 amplius vel discant, vel sciunt. Certè eorum ratio viuendi talis est. Non valde mirum
 fuerit puerulos etate, et sensu scholas elementarias intrare, ac frequentare, Alphabeto
 incubantes, tabellis Abecedarijs veluti ramis astrictis, ferulam pertimescentes, et verbe
 ra. Hoc illius etatis proprium scimus, sed non potest sine admiratione, imò sine stupore
 conspici, et considerari iuuenes iam grandiores, barbatos, circinnatos loco balthi, et gla
 dij, charta, seu tabella onustos elementaria, cum visu excipiatur, qui eiusmodi est, et sy
 bilis manuum q̄, ac pedum complusione exterminetur ab schola. Ah rem fœdā, et mag
 nopere detestandam! quot passim offendimus per vias, per plateas, per domos, per fora,
 per phana, qui cum per tempus deberent iam virtutis, pietatis, religionis esse ma
 gistri, adhuc rudes sunt, et ignari; et in Dei cultu pueri, ac pene infantes. cum iam ar
 mati procedere deberent ad prelium cum hostibus anime, pro clypeo, pro galea, pro en
 se, folia lusoria, crispantem comam, odores ostendunt proprios feminarum. Hęc ele
 menta mundi, sub quibus isti seruiliter agunt. Si elementis vicitant, Si astricti
 sunt, hęc sciunt, alia prorsus ignorant, vias putes, si annos consideres, pueros dicas, si
 occupationes aduertas

Concio ap̄
 chanalibus
 gelum accom
 ta. P̄mima
 p̄p̄gure

Similit.

35.

Ecce hi sunt, quos non sine stomacho obiurgat Salomon, imò Dei spiritus. Viqueque
 inquit, paruuli diligitis infantiam? q. d. quousq̄ tandem opueri, scholam repe
 titis infantiq̄? quandiu manebitis in Alphabeto rudimentis? quem ad finem nemias
 infantiles persequemini? et stulti que sibi sunt noxia cupient? Pueri, pueruli, in
 fantuli (muchachos, mirōs, mirāpos) quousq̄, que mortalia sunt, que mortem
 afferunt, stulti, et impiè queritis? infantulos iterum appello, et si barbatos, imò ea
 lamistratos, tam estis pueri. Cibus, infantilibus q̄ addicti ludis, iocis, narijs, vilibus
 cortè, et contumeliosis vacantes exercitationibus, et viro indignis Christiano, sub ele
 mentis mundi. Ad eò subiecti, et subditi estis mundi Alphabeto, ut nihil scire ali
 ud videamini, nisi mundana, secularia, temporalia, caduca, interitura, Ludicra,
 sensui apta, delectabilia Bacho propria, Comestiones, ebrietates, et que nefas sit
 dicere. Tam sunt turpitudinis plena, que iocorum loco nuper inuenta usurpatis, his
 presertim Bacchanalium diebus. siquid autem spirituale, aut diuinum offertur, hoc
 respuitis, ad hoc muti, elingues, imò linguosi, et contumeliosi aduersus illum, qui
 vestros iocos, ludos, choreas, cantia, saltationes, mimos, comedias, et tragedias, serijs,
 et modestis sermonibus interpellat, ut facile appareat Sebetus vestros sensus ad
 celsalia, et spiritualia existere; qui ad carnalia, et mundana valde sunt acres, et
 exercitati.

Prou. 12.

11. 13.

36.

Diuinus Ap̄t̄olus Paulus ad Hebręos scribens cap. 5. 12. eos arguit, et accusat,
 non certè acriter, sed blande, et paterna charitate, quod cum in rebus spiritali
 bus, et que ad institutum vitę Christianę pertinent, post longum tempus, tamen



ad huc nascerent rudimenta Christianismi, qui iam debuissent arcana diuinitatis = Christi intelligere, aliosq; docere; tam rudes essent humanitatis eiusdem, ut rursus indigerent ad ea principia Doctore. Hæc sunt Apostoli verba: Et enim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis, ut vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei. ut scilicet Catechismus, tamquam pueris, vobis tradatur in manus, et minima, seu initialia de Christi mysterijs denuo inculcentur. illi quidem obviabantur, et merito, quod nedium satis comprehendissent elementa Christianæ vitæ, versarenturq; post longa intervalla temporis in discendo alphabeto; alphabeto, inquam, Christiano, alphabeto vitæ spiritualis; sed contra vos, maiori cum indignatione, et stomacho inuehi posset, qui Christiano nomine gaudentes, tamen non alphabeto Christianismi, non elementis spiritualis vitæ immoremur ediscendis, sed quod sine maximo animi sensu, imo absq; lachrymis dicere nequeo, elementis adhuc mundi seruiatis, illis alligati, et mancipati sitis, decepti quidem, quod timebat Apostolus ad Colos. 2. Per inanem fallaciam, et hominum traditionem secundum elementa mundi, et non secundum Christum. Sabet mundus sua quædam elementa à Christi doctrinæ elementis valde diuersa, imo et aduersa. Nonne dolendum est, imo sanguineis lachrymis deplorandum, viros Christianos. adeo deceptos esse, imo deprecatos, (ut Sabent Græca) à mundi procuratoribus, et actoribus, ut his relictis, vbi Christus Iesus sonat, natus, passus, resurgens, ad illa conuerterentur, vbi non Christus, sed demon, non Iesus, sed diabolicæ technæ, non quidpiam spirituale, sed quicquid carnale est, vile, et periturum audiat.

Hinc fit, ut sermones spirituales ^{ac Dei mandata} non modo dormitantium instar, audiat, sed aures semini omnino, nec velit, quin potius recuset, formidet, sorreat, audire, quippe quæ non magis intelligat, quam si Arabica, aut Græca lingua proposita fuissent. Similes quodam modo Sacerdotes facti estis Christi discipuli, qui quæ de sua passione, ac morte, resurrectioneq; Dominus denuntiabat, et ante eorum oculos quasi post modum successura prædicabat, nulla ratione sibi persuadere poterant, ut crederent, non quod fidem non facerent verbis Domini; credebant enim illum reuera enunciare, sed quod minimè possent percipere, et intelligere. Luc. 18. Ecce, inquit Iesus, ascendimus Ierosolimam, et consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis, tradetur enim gentibus et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur, et postquam flagellauerint, occident eum, et tertia die resurget. Sæpe certè satis aperte dicta erant, sine tropo, sine metaphora, absq; enigmate, verbis proprijs, et quibus res ipsa manifestissimè proponebatur, et declarabatur; addit tamen euangelista sacer; et ipsi nihil horum intellexerunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebant, quæ dicebantur. quid, dices, tantæ causa ruditatis, et inscientiæ.

Explicio apposita similitudine, Pueri rudes, qui scholæ Abcedarij intersunt, veniunt ad præceptorum, sumunt in manus chartam elementis exaratum roganti institutori singulas literas nominant, quid See? B. quid See? A. iunge puer, quid vtriusq; simul, nescit, heret. ita credo plerosq; verbum ad ea quæ dicimus, herere, neque intelligere, quæ ex hoc suggestu tam serio tradimus. quippe pueri estis non etate,

37.

38.

sed sensu, et intelligentia. Non ignorabant profecto discipuli singula verba, quid significarent, nouerant quis esset filius hominis, quid esset conspui, verberari, crucifigi, illudi, resurgere, satis nouerant, sed coniungere tamen nullo pacto poterant. Impossibile siquidem credebant innocuum hominem verberari, innocentem crucifigi, uenerandam personam, et in oculis omnium positam, summo honore dignam, sputis conspuendam, contumelijs ledendam, nullo modo fieri posse suspicabantur, quid esset mori, quid resurgere satis intelligebant, sed hominem uolenta morte perire, et postmodum resurgere tertia die, uix sibi persuadebant futurum, aut possibile. Quasi diuerso idiomate, aut lingua loqueretur Christus, quam illi nunquam didicissent, ita non intelligebant, quae dicebantur.

39.

Est quidem, ut aiebam, diuersum mundi alphabetum, sunt alia elementa, quibus illi, qui mundo adhaerent loquuntur, scribunt, atque adeo mirabile non est, eos nostrum idioma, nostramque linguam non percipere, nec intelligere, quae dicamus. Prima elementa mundi, et eorum, qui mundi doctrinas fallaces, traditionesque sequuntur humanas, sunt istae, Honor, Diuitiae, Voluptas, quae istis elementis conscripta non inueniunt, nequaquam intelligunt. Age, misce sermonem de paupertate, de mansuetudine, de patientia, de cordis munditia, de Christi tormentis, de martyrum passionibus, de Anachoretarum poenitentia, de oratione, et contemplatione, nihil profusus intelligere possunt, sunt haec uerba ab eis ualde abscondita, sunt profunda arcanae, non ualent percipere. At istud est alphabetum Christianismi primaque uita elementa. Istud nos nescimus, inquirunt, si alphabetum est, non certe uulgare, sed uel Hebraicum, uel Syriacum alphabetum est. Prodeum immortalem, quid ergo intelligitis? quid nostis? reuocate his hominibus in memoriam de ambiendis honoribus, aut de uincenda lite, uel iniuste, aliquem modum, id facile percipiunt, de supplantando paupere, de orbis, orphanis, ac uiduis conculcandis, et onerandis nouis uectigalium partitionibus, satis id percipiunt. De corrumpeudis iudicibus, subordinandis iustis, notarijs accipiendis, ut fraudibus, dolisque ueritas obscuratur, iustitia opprimatur. Hoc probe norunt, de taserarum ludo, de chartis aleatorijs, designandis, commutandis, variandis, parandis, ut uel arte, uel ~~per~~ dolo pecunia uiuosa abradatur, et auferatur. Hoc bene callent de insidijs struendis, et laqueis parandis, ut diues adolecens facile amori cedens pertrahatur, uel inuitus, et reluctans adnuptias, facile intelligunt. De inferenda dicitate, de naso suspendendo, de nutando capite, nictando oculis, nuendo labijs, de psallendo, saltando, cantando elegantius, ac liberior, de crotalis, tripudijs, et saltationibus, discunt quicquid dixeris. Quid plura? insinua, uel indica quo pacto irruptio fiat in maritatas, quod nam modo inuadendum in adolescentulas, quibus dolis, et artibus alliciendae, et permouendae uirgines castissimae, cautissimae, munitissimae, mirum quam citissime penetrant. Age tandem, medium ostende irruendi in alienas domos, abigendi alienius pecudes, decipiendi custodes, saltuum, montium, portarumque urbis, exportandi, et inuadendum cum fraude uectigalium, et recuperatorum, Hoc in suo alphabeto edocti tenent quae admodum contraria factio deiciatur ab autionando, atque officium, seu praedium, quod subiacet uoci proconis, per simulationem suae parti uendicent. Quomodo litem

Musici
phabeta
la:

Syr. 2

Syr. 2

Syr. 2

vel litem

vel iniustam intendant, et vincant; quibus fraudibus testamenta supponantur, debita etiam, et ^{non} debita repetantur. Ad hæc mens attenta, nec ingenium abest, Attamen ad sanæta, spiritualia, iusta, sancta, ad tollendam Christi crucem ad crimina detestanda, et fugienda, mira ignorantia, stupenda incitia, atq; imperitia; et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligebat, que dicebantur.

40.

Tantæ cecitatis vel antidotum, vel medicamentum ex iugi meditatione Christi patientis petendum est. Hoc felle Callionum representatum, quod super oculos. Num sustineret senior Tobias visum, quem amiserat, divinitus recipit. Adde insuper et piam, et nullis obstaculis impeditam orationem, exemplo illius cæci Samonis, qui oblatas est Christa in civitatem ingredienti. Perista in precibus, clama, cunctis oburgantibus perseveranda mando, Lesu fili David miserere mei. Accedet interpellatus Deus adæ adu di cubebit, lippitudine, ac cecitate laborantem, et uno verbo tuq; satisfaciet voluntati, respicere te iubens, ut eum dein ceptis posthabito mundo, sequaris, et omissis mundi elementis, ad ea que sunt regni cælarum et primordiale, et gradus subens, secusq; pertranscas. Amen.

TEXTVS

V. 4. At ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.
 V. 5. Ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

vineta Translatio res.

V. 4. Cum vero. et. sub legem. V. 5. ut eos qui sub legem redimeret. et.
 V. 4. At postquam venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, et factus est ex muliere, et factus est sub lege.
 V. 5. Ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut reciperemus positionem filiorum (adoptionem)
 V. 4. Emisit. et. et factum ex muliere, factum legi obnoxium.
 V. 5. Ut eos, qui legi obnoxierant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

Scholia.

1.

Proposuit Apostolus servili in statu tamquam paruulos, et Iudeos, et gentes sub elementis mundi fuisse constitutos usq; ad certum videlicet tempus prefinitum à Deo. quo tempore elapso futurum erat, ut è servitute illa egressi, et se filios agnoscerent, et hereditatis adeunde paterne potestatem nanciscerentur. Hoc itaq; declarat iam persequentis versiculos quatuor. sed in hoc quarto supponit tempus servitutis prefixum in adventu Christi completum. in quinto vero obid indicat venisse filium Dei factum hominem, legiq; subiectum, ut vindi caret à servitute, filiorumq; conferrat adoptionem. August. sic etiam nequit iam dicit veniente plenitudine temporum Deum misisse filium ad liberandum parvulum heredem servientem ex parte legi, tamquam pedagogo, ex parte elemen



his Suius mundi tamquam procuratoribus, et actoribus.

2.

At ubi Græcè ὅτε δι. Anas, cum verò Syr. At postquam venit plenitudo temporis nimirum ex Dei voluntate præscripta pro emancipando parvulo herede, id est, postquam impletum est tempus servilis ætatis, diuq; dicta appropinquavit, ut quæ decreverat Dei sapientia servos in filios mutare, atq; ex mancipijs peccati, gratiq; liberos efficere. Plenitudo temporis. Ambrosius: plenitudo temporis, ut illud iam plenis nubilis annis. Epes. 4. 13. in mensuram ætatis plenitudinis christi. i. plenæ ætatis. Rom. 13. 10. Plenitudo legis est dilectio, i. plena lex, seu complementum legis. Rom. 11. 25. Donec plenitudo gentium intraret, i. plenus numerus gentium. His locis omnibus idem nomen est Græcè πληρομα. Cui Epes. 1. dicatur; in dispensatione ~~temporis~~ plenitudinis temporum, non verò tunc temporis. Dicemus postea in Theoria, illud interim adverte eandem prorsus esse plenitudinem temporis præfixam à Deo legis pædagogicæ, et generis humani pueritix, quæ præscripta est euangelio gratiæ, et libertatis, seu adoptionis filiorum inchoandæ, et auspicandæ, unde intelliges illud apostoli Rom. 10. 4. finitis legis Christus ad iustitiam omni credenti, q. d. ad Christum terminatur, atq; finitur lex servorum, i. Mosaica, à Christo similiter initium sumit adoptio filiorum, quæ per fidem veram confertur, quæ vera est iustitia.

04

39

3.

Misit. Græcè ἐπέστειλεν. Trasmisit, prepositio videtur, aut terminum, à quo mittitur significare, aut vnde significandi aliquam addere, ut indicat Caiet. plus, inquit, significatur quam simplex missio. significatur enim legatio, quod misit, ut legationi, quæsi novam Apostoli, seu Legati (inquit Cornelius) personam pro Deo in assumpta natura apud homines acturum. unde Rom. 15. 8. dictus est Christus minister circumcisionis, i. Iudæorum, et Heb. 3. 1. Apostolus, et Pontifex confessionis nostræ, i. Christianorum, nimirum quatenus homo his functus est muneribus, quare sanctus Thomas hic vnde in assumpta servu forma negat esse ministrum, sed ut Deum, et verbum Patris; non enim filius Dei missus dicitur, ut mittitur à Rege minister aliquis cum omni nère legati, sed missio eius fuit assumptio humanitatis retenta, et immutata Dei maiestate, et forma, per quam equalis est Patri. August. De Trinit. lib. 4. cap. 29. Cum autem, inquit, venit plenitudo temporis (sapientia Patris, hoc est filius Dei) non ut impletet Angelos, neq; ut esset Angelus (nota quod sequitur) nisi in quantum consilium Patris annunciabat, quod et ipsius erat, quid autem est esse angelum nisi Dei Legatum in assumpta humanitate? Pleriq; interpretes simplex verbum misit rediderunt, quo et Christus sepe usus est. Ioan. 20. 21. sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Græcè ἐπέστειλεν, quo etiam usus est Paulus Rom. 8. 3. ibi mittens filium suum. quare inter hæc duo verba nullum videtur esse discrimen, quibus eque et Ioannes, et Paulus utuntur. Nihilominus et si compositum emisit pro simplici positum sit hoc loco, negari non potest, quin verum sit quod diximus, emittere magis connotare terminum à quo incipit missio, mitti verò magis terminum ad quem ea dirigitur, legatio. unde dicitur flos emitti ex arbore, sagitta in scopum mitti, emisit ergo Deus à se filium suum, i. ex suo sinu ad homines ad optandos, in quo eximium amorem indicat. Hoc expressius significavit Christus Ioan. 8. 41. Ego enim, inquit, ex Deo processi, et tunc processit, et tunc veni, scilicet, in mundum, ecce terminum,

Ambrosius
Plenitudo quæ
Epes. 4. 13.
Rom. 13. 10
Rom. 11. 25

Rom. 10. 4

Caietanus

Cornelius
Filius Dei in
sumpta huma
nitate Legatus
Apostolus pro Deo
ad gentes
Heb. 3. 1.
S. Thomas

Missa quædam

Augustinus

Ioan. 20.

Rom. 8.
Emisit
sit missio

Ioan. 8. 41



quod venit, et ut magis explicet, addit: Negs enim à me ipso veni, sed ille me misit.
 Rupertus, cui assentitur Maldonatus de Summanitatis assumptione hunc locum totum
 explicat, quasi hęc sit periphrasis missionis, siue incarnationis, ut ex infra dicendis
 magis constabit.

Misit, Mitti non dicitur in scriptura sacra, nisi illa persona, quę in mysterio Tri-
 nitatis sacrosanctę eterna processione ab alia procedit. Quare Pater nunquid
 dicitur missus, sed vel filius, qui procedit à Patre, vel Spiritus Sanctus, qui à Patre
 filioq; procedit. Importat autem missio proprię eternam processionem, connota-
 to nouo modo existendi in creatura, sed minus proprię importare dicitur salum ma-
 nifestationem corporalem. Vaqueus cum Caietano, et Ferrara in S. Thom. 1. p. Disp. 170.
Misit, itaq; Deus (Pater) filium suum unigenitum per eternam generationem
 à se procedentem, factum ex muliere, hoc est, velo carnis tectum q. d. eum, qui
 est in sinu Patris, nec unquam ab eo separatur, eum nempe, qui posuit tenebras la-
tidulum suum, id est, qui habitat lucem inaccessibilem, quem nemo vidit unquam,
 sed nec videre potest, ita per hypostaticam unionem humanę coniunxit naturę, ut
 corporeo indutum velamine Summanitatis conspicuum fecerit, invisibilem q; in propria
 Dei forma hominibus, hominum oculis obiecerit videndum in forma serui; ergo (in-
 quit August.) cum ait, misit filium suum factum ex muliere, satis ostendit, eo ipso
 missum filium, quo factum est ex muliere. quod ergo de Deo natus est, in hoc mun-
 do erat, quod autem de Maria Virgine natus est in hunc mundum missus aduenit.
 De Trinit. lib. 2. cap. 5. Eiusdem Augustini sunt verba; quid est exiui à Patre, nisi
non in ea forma, qua equalis sum Patri, sed aliter, i. in assumpta creatura minor
apparui. et quid est, veni in mundum, nisi formam serui, quam me exinanienti ac
cepi, etiam peccatorum, qui hunc mundum deliquit, oculis demonstravi. Hęc sane
 tus Doctor declarans illud Ioan. 16. exiui à Patre, et veni in mundum. Huic ex-
 positioni concinit S. Hilarius, à Patre, inquit, in hunc mundum venerat, quia à
 Deo exierat. nam ut natiuitatem suam in exitione significasse intelligeres, subie-
 cit, se à Patre venisse, et cum per id à Patre venerit, quia à Deo exierit, exitio eius
 à Deo absoluta natiuitas est, quam paterni nominis ab professione consecuta. =
 Hoc subtilius explicat Vaqueus supra cit. cum ait, Per verbum exiui denotari exi-
 tum et processionem, quę de ratione missionis est, per illud autem veni signifi-
 cari terminum ad quem fit missio, qui est effectus connotatus, quo completur
 origo eterna, ut sit missio, et missio temporalis. Theodoretus, non diuinitatis
 missionem sic intelligendam, sed naturę humanę susceptionem dicit, ut contex-
 tus ostendit, non enim dictum est, misit, ut nasceretur, sed natum ex muliere. Igitur
 nihil aliud significat, misit quam apparere fecit, visibilem ostendit, oculis vi-
 dendum subiicit, in assumpta natura demonstrauit. Hoc præiunxit Barab.
 9. 38. ait. Post hęc in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est. Plura in Theoria.

Filium suum factum ex muliere. ΞΕΥΟΜΕΝΟΥ. Sabēt Gręca, i. factum.

38. Complut. et Regia Biblia. Sabēt ΞΕΥΥΩΜΕΝΟΥ, natum, quomodo le-
 gisse videtur Theod. Theopd. et alij Gręci interpretes, imo et Cyprianus, et August.
 alicubi, sed licet utrumq; verē mysterium explicet, tamen significantius dicitur



factum ex muliere ad insinuandum, et declarandum non solum coniunctum, verum etiam
 separatum principium; nam ut ait Angelicus Doctor, Arca dicitur fieri ab artifice, fruc-
 tus ex arbore nasci; hoc designat principium materiale coniunctum; illud exterius effi-
 ciens, i. principium separatum. Insinuatur ergo Christi Summitatis, siue Christi ho-
 minis efformatio, seu conceptio arcana, et mirabilis ex femina sine viri opera,
 sed virtute solum spiritus sancti, quemadmodum primus homo de terra limo à Deo
 effectus est, ita secundus ex visceribus virginis purissimè à Deo factus est. Hoc ergo
 opus Dei solius fuisse insinuatum est, miranda effectio protoplasti sine patre,
 ac sine matre, tota à Deo; admiranda magis, imo stupenda Christi formatio sine
 Patre homine, non tamen sine femina matre. In quo morale documentum expe-
 dit, quod prædicat Augustinus illis verbis satis vulgo usurpatis; qui creauit te sine
 te, non saluabit te sine te. Caput hominum terrenum, et temporale, i. Adamum
 creauit Deus sine ullius creaturæ, vel adminiculo, vel instrumento, creauit, inquam,
 hominem sine homine. Verum caput spirituale, ac cælestis, hoc est, Christum, non
 nisi ex femina, et concurrente, atq; operam suam præstante femina procrea-
 uit. Hoc, ut ingens miraculum præuidit, ac præmonstrauit Vates sanctissimus
 Hieremias cum ait, non sine stupore, et extasi: Nouum creauit dominus super
 terram, femina circumdabit virum. Christum nempe obumbrante virtute alius-
 simi concipiet, suisq; castis visceribus obuoluet, ac circumdabit, donec post nouem
 mensium spacium intemerata atq; integra pariat, in lucemq; edat miraculum
 terræ, ac cælo stupendum; verbum scilicet æternum carnem factum, Dei Patris fi-
 lium, eundem et materis matris filium, factum inquam, ex muliere sine viro,
 atq; adeo ex femina mirabili, hoc est, matre, et virgine.

6.

Augustinus serm. 5. de Trinitate dicendo, inquit, factum distinguit Summa
 nam à verbi diuinitate substantiam, factum enim vel creatum Dei verbum
 dici omnino non potest, per quem omnia facta sunt. Cum ergo dicit factum osten-
 dit se sic non de diuinitate tractare, cum autem addit ex muliere substantiam
 veri hominis expressit, ut hæc sit natura facti hominis, quæ fuit ipsius, vnde fac-
 tus est, i. ut ea credatur natura Christi, qui est factus ex virgine, quæ fuit natura
 virginis, ex qua Christus formatus, et natus est. vnde est quod alibi idem Apostolus
 de Dei filio dicit. qui factus est ei ex semine David secundum carnem, nam et si
 non intercessit semen hominis in conceptione virginis, tamen quia ex carne Chris-
 tus formatus est, quæ constat ex semine, dicitur factus ex femina; quemadmodum
 ergo secundum diuinitatem una est Patris, et filij natura; ita etiam secundum hu-
 manitatem eadem est matris, et filij, id est, Mariæ, Christiq; natura. ex utraq; subs-
 tantia, et Summitatis, et diuinitatis vnus atq; idem est Dei filius Dominus noster
 Iesus Christus, ut Deus verus, ita et verus homo.

7.

Idem Augustinus factum dicit propter susceptionem creaturæ, quia qui nas-
 cuntur ex feminis, non tunc ex Deo nascuntur, sed tamen illos Deus facit, ut sic nas-
 ci possint, ut omnis creatura. igitur sic dicitur filius Dei factus ex muliere, i. factus homo
 ex tempore, quemodo dicitur Deus factus adiutor noster, refugium, aut firmamentum
 nostrum, sine ulla quidem mutatione ipsius, ex hoc solum quod nos ad ipsum confugimus,



adiutoremue exposcimus, in eoq; nitimur, ac confidimus. Ad hunc modum etiam in crea-
 turis aliquid dicitur extempore fieri, non secundum substantiam, sed secundum accidens
 ut scutum fieri album, et gladius fieri acutus, cum autem Deus sit immutabilis, nihil ei
 accidere potest; quare non dicitur factus sapiens, potens, bonus, sed esse; hęc nimirum
 attributa non ei accidunt, sed sunt substantialia, imo ipsa eius substantia, dicitur vero
 fieri talis per ordinem ad creaturas, sine vlla tamen mutatione; nam et substantijs crea-
 tis relationes adveniunt abq; ipsarum mutatione. itaq; dicitur Deus factus homo, et
 verbum caro factum est, et filius Dei factus ex muliere immutabilis permanens. Hoc
 apposita similitudine declarat August. de Trinit. lib. 15. cap. 11. Verbum aut, quod foris
 sonat, signum est verbi, quod intus lucet, cui magis verbi competit nomen. Nam
 illud, quod profertur carnis ore, vox verbi est. Verbum q; et ipsum dicitur propt ex
 illud à quo, ut foris apparet, assumptum est. ita ergo verbum nostrum vox quodam
 modo corporis fit, assumendo eam, in qua manifestetur sensibus hominum. Sicut
 Verbum Dei caro factum est assumendo eam in qua et ipsum manifestatur sensibus
 hominum. et sicut verbum nostrum fit vox nec mutatur in vocem, ita Verbum
 Dei caro quidem factum est; sed absit, ut mutetur in carnem; assumendo quippe
 illam, non in illam se consumendo. et hoc nostrum vox fit, et illud verbum
 caro factum est.]

Theoria Prima.

Cur dixerit Apostolus factum ex muliere et non per mulierem?

Simulatus Hieronymus, factum ex muliere, dicens, sexum significat, non corruptione.
 Ceterum, ut manifeste ostenderet natum ex virgine, aut ex muliere, non per mulierem.
 In eo autem quod dicit ex muliere, monstrat non more solito ex conuentu viri, et femine,
 sed per Spiritum Sanctum ex matre tantum Christum incarnationem hominis suscepisse.
 Nam idem Apostolus 1. Corinth. 11. 12. scribit; sicut mulier ex viro, ita vir per mulierem.
 Unde sicut in principio generationis mulier ex viro sumpta est, ita et Christus secundum
 carnem ex matre tantum est. Omnis autem residua humana generatio non ex muliere
 secundum Apostoli dictum, sed per mulierem, ut clarescat generatio hominum ex vi-
 ro per mulierem creari. Recurramus in id 1. Corinth. 11. 12. Nam sicut mulier de viro,
 ita et vir per mulierem. Considera, inquit, Pauli sapientiam, non dixit ex muliere,
 sed per mulierem, nempe quod eius rei, ut vir sit, per mulierem, causa sit ipsa, vir
 tanquam originale principium. Primum enim mulier ex viro facta est, non vir ex
 muliere, quantum verò ad ea, que sunt, quamquam vir ex muliere sit, rursum ta-
 men per mulierem vir principium est. Theophylactus ibi dicit: Mulier quidem
 inquit, ex viro est, adhuc enim apud ipsum permanet. que res argumento est sim-
 pliciter, mulierem ex viro esse. vir autem est per mulierem, id est mulier est administra
 generationi hominis. Potior autem seminis est operatio, ut ita vir non proprie dicatur
 ex femina esse, sed ex patre suo per mulierem, ut que sit ministra generationis. De
 Domino autem Paulus non sic dixit, sed natum ex muliere ait. Metuit enim viri per
 positione (per) de Christo loquens: ne daret locum hereticis calumniandi, quod
 Christus per virginem, seu siphonem, aut canalem transierit, vel ut indicaret Apus

9.

totus quod, quia vir non subaccesserit virginem, fructus ventris virginis sit.
 Lactantius isti Doctores, ex quorum interpretatione colligere licet sapientissime ab Apoc-
 tolo scriptum, factum ex muliere, non per mulierem; ut indicaret non viri opera, sed Spi-
 ritus sancti obumbratione Christum fuisse conceptum, et natum ex intemerata virgine Ma-
 ria; quæ eius sit vera, et propria mater, quem admodum enim ex viro mulier, tamquam
 ex principio materiali facta est initio; ita ex muliere tamquam ex materiali principio
 factus vir est extremo tempore, ex quadruplici nempe genere formandi hominis, hoc quæ-
 tum ad hoc tempus reservatum est. Adamus sine viro, et sine femina factus; Iua sine fe-
 mina, non tamen absq[ue] viro; Abel, et reliqui post ipsum ex viro simul, et femina, siue ex
 viro per feminam facti sunt; vnus Christus ex femina sine viro. Itaq[ue] Iua ex viro solo,
 Christus deus ex sola femina, vt maius sit miraculum; nempe ex fragiliori materia
 sumptum reparatorem; cum ex fortiori fuisset sumpta, quæ mundum subuertit, vt
 Sine discas Dei bonitatem, sapientiam, et potentiam reuereri.

Cur dictum
factum ex
liera, et
per mulie-
m. Cori-
sine viro
Ex viro
ex muliere
illa ueritas
quod dicitur
uult.
Dei ueneranda
sapientia.

Theoria 2.

An nomen Mulieris detrahatur uirginitati Mariæ?

10

Ex muliere, à mollietate ut uult Lactantius de uelo uirginis, et Varro de ling. Lat.
 quasi mollis, siue mollior. dicta est mulier. sexus tamen, atq[ue] nature nomen est, non
 qualitatis; atq[ue] adeo non significat solum maritatum, aut non integram, sed quam
 libet feminam; ut hic notat Hieronymus, atq[ue] August. Alibi etiam Tertullianus, et
 Origenes, certe Augustinus passim id notatum reliquit in sacrarum librorum expositio-
 ne (Aliquot loca subiiciam paulo inferius) ex authoribus etiam profphanis idem
 constat Vlp. ff. de Edil. Mulierem ita arctam, ut mulier esse non possit, sa-
 nam non uideri. Secundum leges, etiam quæ mulieribus legantur, uirginibus de-
 beri certum est, sed audiamus Patrum testimonia. Hieronymus infra cap. 9. v. 18. Chris-
 tus, inquit, ex muliere nasci uoluit, et esse sub lege, ut eos, qui nati erant de muliere, et sub

Mulieris
non arctam
Lactantius
Varro.
Hieronymus
Tertullianus
Origenes
Augustinus
Viginius
L. scriptura
61. ff. de leg.

+ lege saluaretur
non est maritus mulie-
re. 1.

de nupta, sed de uirgine. Verum abusiue uirgo mulier appellata est propter eos, qui
 eam fuisse uirginem nesciebant. Itaq[ue] propter illos, qui sanctam Mariam arbitra-
 bantur maritum habere, mulier pro uirgine posita est, sic propter eos, qui estimauit
 Christum esse sub lege nescientes, quia factus esset his, qui erant sub lege, quasi sub
 lege, dicitur, et ipse factus esse sub lege, qui quidem cum esset liber à lege legi se
 subdidit uoluntate. Et multo erat Paulo liberior, qui non sub lege, sed quasi sub
 lege, se esse testatus est. Sic Moysen, et prophetas, asserit Hieronymus, fuisse non
 sub lege, sed quasi sub lege, ut pote qui spiritu ambulantes, eos, qui sub lege erant,
 sacrificere uellent, et ab similitate literæ ad altitudinem spiritus prouocarent.

Cur uirgo
ut mulier
sub lege
quomodo

11.

Augustinus lib. vii. in ep. ad Galatas super hunc locum, Mulierem, inquit, pro
 femina posuit more locutionis Hebræorum. non enim, quia de Iua dictum est,
 formauit eam in mulierem, iam passa erat concubitus uiri; quos non describitur
 passa, nisi cum dimissi sunt de paradiso. et ep. 120. De gratia noui testam. c. 4.
 Quando, inquit, uenit plenitudo temporis, ut gratia, quæ occultabatur in ueteri
 testamento, iam reuelaretur in nouo. Misit Deus filium suum factum ex mulie-
 re, quo nomine proprietate Hebræicæ lingue omnis femina nuncupatur, siue
 intacta uiro, siue mixta. et lib. 4. Locor. super Num. 48. in illud cap. 30. Cum

Augustinus
lib. vii. in
ep. ad
Galatas



autem mulier uouerit uotum. etc. in domo patris sui in iuuentute sua. Sic, inquit, ma-
 lierem feminam dicit, et si uirga sit, more scripturarum. Unde etiam de Christo est, quod
 ait Apostolus, factum ex muliere. et aliquanto post nu. 93. in illud, et omnem multi-
 tudinem mulierum, quae non nouerunt concubitum masculi, uiuificari. nusquam
 inquit, certius apparet Hebraea locutione mulieres etiam dici uirgines solere. et
 De Trinit. cap. 2. Sunc locum proferens factum ex muliere, quo nomine, inquit,
 quis catholicus nesciat, non eum priuationem uirginitatis, sed differentiam sexus,
 Hebræo loquendi modo significare uoluisse. Item de Verbo Domini, secundum Leonem.
 serm. 63. ostendit, inquit, nobis sanctus Apostolus, quemodo ~~uero~~ Natiuitatem filij
 Pater operatus sit: Cum autem, inquit, uenisset plenitudo temporis, misit Deus fili-
 um suum in terris natum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant redi-
 meret. Audistis, et quod plerumque, et apertum est intellexistis. Ecce Pater fecit filium
 nasci de uirgine. Cum enim uenisset plenitudo temporis misit Deus filium suum, ut ipse
 Pater Christum, quemodo eum misit, factum ex muliere, factum sub lege. fecit.
 ergo eum Pater ex uirgine sub lege. An forte hoc mouet quia de uirgine dixi, et Pau-
 lus dicit ex muliere. non moueat, non immoremur. Neque enim rudibus loquer, utrum
 quae scriptura dicit, et ex uirgine, et ex muliere. quemodo ex uirgine? Ecce uirgo in
 utero accipit, et pariet filium. ex muliere autem sicut audistis, non est contrarium. Pro-
 prietas enim locutionis Hebraeae mulieres non corruptas uirginitate, sed et feminas
 appellat. habes euidentem scripturam Gen. 2. quando ipsa prima facta est uirgo, for-
 mauit eam in mulierem, dicit enim alia loco scriptura iubere Deum separare mu-
 lieres, quae non cognouerunt cubile uiri, Soc iam notum esse debet. Nec teneat uos etc.
 lib. 2. q. 99. super Num. q. 56. quia de muliere, inquit, quae adhuc in iuuentute sua in
 domo patris sui, loquitur. merito hic queritur de uoto uirginitatis. Mulieres quip-
 pe etiam uirgines in scriptura appellari solere notissimum est. uide praeterea de
 consol. Luc. lib. 2. quod autem aliqui codices habent secundum Matth. Non
 est mortua mulier, sed dormit, cum eam. Marc. et Luc. duodecim annorum puellam
 fuisse testantur, intelligas Hebraeo more locutum esse Mattheum; nam in
 alijs scripturarum locis innuitur, non eas tantum, quae uirgines passae fuisset,
 sed omnes feminas etiam intactas, atque integras mulieres appellari, sicut de
 ipsa uirgo scriptum est, formauit eam in mulierem. In illud etiam Num. 31. ubi
 iubentur custodiri mulieres, quae uenerunt cubile masculi, s. uirgines, ne inter-
 ficiantur. qua locutione, inquit etiam Paulus, ipsum Christum ait factum ex
 muliere. Hoc enim melius intelligimus, quam ut illam duodecim annorum iam
 nuptam, aut uirum expertam fuisse credamus. lib. 1. item locut. de Gen. in
 illud 24. c. Ne quando uoluerit mulier ire mecum, mulierem inquit, femi-
 nam appellare proprium est illius linguae. item contra Faustum. Nam etc. u.
 Natum ex muliere, inquit, quam non quod fecerat, vel concubendo, vel pari-
 endo corrupta, mulierem Paulus appellat, sed more scripturarum loqui-
 tur, quae ipsum sexum sic appellare consueuerunt, ut Gen. 2. de uirgo. Non pi-
 quit Augustinum toties eadem appellatione iterare, ut uirginitati prospiceret
 et integritati matris Dei, nec me eum transcripsisse ob eandem causam penitet.

12.

In cuius laudem accipe illud non inelicans, Origenes in Luc. Som. 8. Maria intem-
merata, atq; illibata, factaq; est mater benedicta inter mulieres, concepitq;
spiritu sancto superueniente, et de suis sanguinibus purissimis materiam cor-
pori tribuit Christi Domini. Idem ibidem. si recte dicitur vir pro sala corporis
estate, etiam is, qui nullam commixtionem femine nouerit, quomodo non ea-
dem consequentia uirgo, quae intemerata permansit, pro sola etatis maturita-
te mulier nominatur. Sed hęc ratio siue loco minus necessaria, et illi magis
apta Ioan. 2. 4. quid mihi, et tibi est mulier? et Ioan. 19. 26. Mulier ecce filius
tuus. et Luc. 1. 28. ab Angelo inter mulieres benedicta dicitur. Certè his locis
mulier appellata est citra vlla uirginitatis iniuria, quicquid Scretici insi-
niant, blaterentq; frustra, ac sine causa, ac fructu, contra pugnantes.

Origenes
Maria
ginitas
scribit

Ioan. 2. 4.
Ioan. 19. 26.
Luc. 1. 27.

Theoria. 2. altera pars.

De vera maternitate, et illibata uirginitate Marię.

13

Factum, inquit, ex muliere, nempe Marię uirgine matre, nam materia uir-
ginis sanguinis purissima in uisceribus suis intemeratę, atq; immaculatę uir-
ginis ad id muneri electę à Deo, et præordinatę ab initio seculorum, imò ab eter-
nitate sumptum, compactumq; est illud corpus sanctissimę Humanitatis, quo
per rationis participem animam uiuente, uerbum Dei illi personaliter copulatu,
uelut organo utebatur apto ad miranda patranda opera, ad luenda piacula
Somnium. quę res tanta est, ut iure optima ab illa euangelica femina sit prædicata,
quę inter turbas populi, et principum contentiones ausa est in illud præconium
subito erumpere; Beatus uenter, qui te portauit, et uera quę sustisti. imò quo
tūde lætūbunda canit ecclesia sancta in illa eadem præstantissima muliere ad
umbra, Beata uiscera Marię uirginis, quę portauerunt et termi Patris filium.
Secundū dubium erget id omne, quod matras in concipiendo fetu præstare possunt,
ac solent (circūscripta impura libidininis titillatione, motuq; corporis, qui cu
uirginitate consistere nequit) in beatissima Marię fuisse præstitum in con-
ceptione Christi filij sui; ut inde uerè matris nomen sibi indi potuerit, imò necesse
fuerit. quāuis autem diuini spiritus uir excitata, et adūta fetui concipiendo, for-
geretq; materiam omnino necessariam suppeditaret, certissimum est, ac fide-
roboratum, ipsius integritatem fuisse penitus illesam; atq; ex omni parte illiba-
tam uirginitatem semper extitisse.

Nomen
mōte uir-
ginitas

Corpus
organum
dicitur

Luc. 11. 27.

Moralla
Sicut
nam
pater

Luc. 11. 27.
C. in
uisceribus
nulla.

14.

In sinuauit. hęc insigne priuilegium matris uirginitate ~~per~~ conspicuus Gabi-
el Archangelus; cum eam inter mulieres salutauit benedictam, quasi diceret,
fecundam obumbratione spiritus sancti; ut postmodum apertius declarauit;
spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit tibi.
Ideo et quod nascetur ex te, sanctum uocabitur filius Dei: quoniam etiam a Damus
et filius tuus erit, siquidem paraturus ex te est. Benedictionem largam imper-
tuit Deus primis parentibus, Crescite, inquit, et multiplicamini, et repleteter
uain. sed hęc benedictio quatenus ad mulierem attinet, illa maledictione
occurtata est, atq; imminuta, quia post peccati reatum dictum est illi; Multi-
plicabo et unnam tuas, et conceptus tuas, in dolore paries filios, quare longe

Virginitas
Marię

Luc. 11.
Christi
et. 27.

Gen. 1.
Mara
Euangeli-
ta.

Gen. 1.
Gen. 1.

progenies



prestantior; ac locupletior Mariæ benedictio; quæ nullas grumnas, non multos con-[†]ceptus, unum dumtaxat paritura filium, hinc verò sine dolore, et absq[ue] iactura integritatis tantum, tam magnum, ut per eam mater facta sit Maria (non natura, sed mysterio) cunctorum filiorum Dei. unde predicatur in ecclesiastico hymno, Maria mater gratiæ, i. eorum, qui per Dei gratiam salvi fiunt. In quo etiam luc[et] antecedit Maria, siquidem illa mater dicta est cunctorum viventium, sed tamen aliquando moriturorum; at hæc mater viventium dicta est, sed qui numquam non victuri sunt.

Maria itaq[ue] illa est mulier rara, et preclara, quam summo desiderio per Salomonem spiritus sanctus indicavit; de qua dictum est; Mulierem fortem quis inveniet. molle enim forti repugnat. quapropter difficillimè in eodem reperiantur subiecto. Reperies in Maria, Maria quanto mollior ad preces, tanto fortior ad impetrandum, quod precatur; quo blandior ad misericordiam, eo potentior ad veniam procurandam; non minus chara invocantibus, quam benigna operam petentibus. in promittendo larga, in largiendo profusa; in omnes pia, liberalis, et locuplex, atq[ue] adeo mulier fortis, mollis, et potens; mollis in filios, potens apud Deum. Maria planè illa est mulier singularis, de qua etiam scriptum est; inimicitias ponam inter te, et mulierem, sementuum, et semen illius, ipsa conteret caput tuum. = quæ maior esse potest fortitudo mulieris? quam ut communem hostem generis humani, à quo victa est princeps prima mulierum, ipsa devincat! ex muliere maledictio cepit, ex muliere benedictio inchoata est, ex muliere mors, ex muliere vita; ex muliere venenum mundo prospiratum est, ex muliere antidotum mundo paratum est. Mulierem decepit antiquus hostis, ut necem hominibus afferret, mulierem Deus sanctificavit, ut vitam gratis eisdem redderet, suis quippe armis, feminea videlicet imbecillitate, demonem Deus superatum devicit, devictum spoliavit, spoliatum profligavit, atq[ue] tandem profligatum traduxit, triumphavit, et orco dedit.

15.

Ô verè singularis, verè fortis mulier! per quam Deus tanta, actam in audita, itaq[ue] inusitata patriavit facinora! Gygantem iactabundum, et populo Dei insultantem suo gladio, et mulieris manu occisum, iugulavit, et capite in altum sublato, truncum corpus ostentui dereliquit, ac derisionem. Mulier ergo hæc fortis Maria, quæ caput serpentis eius calcaneo insidiantis, planta ocium concurra pessum dedit, ac pondere pressum, vi concucatum, percussumq[ue] contrivit. Caput serpentis dico originale peccatum, corpus autem actuale. quod ex illo sive ex illius reliquijs, hoc est ex fomite, seu appetitu effreni prorumpit, ac propagatur. Utrumq[ue] verò per Dei misericordiam propequantem longe procul à Maria, ne prorsus attingeret, abactum, exterminatq[ue] recessit. Tandem aliquando mulieris semine, i. prole, illius astuti Draconis, qui mulierem in fraudem induxerat, semen i. peccatum, extirpatum de medio subtulit, deleuit funditus, et extinxit. Hic fructus inimicitiarum à muliere cum tortuoso serpente gestarum. Numquam inter mulierem, et serpentem vectem, siue Colubrum sinuosum, aut Cetum maris (ut cumq[ue] velis, appellabis cum sa- cro, et Evangelico vate Isaiâ cap. 27. 1.) inimicitia ardor extinctus est. Numquã

16.



inducijs interpositis refrigeratus, numquamq; mortale odium euulsurum e pectore. Metuebat videlicet pestilentissimus Draco fructu virginis partus potentissimo, et se perditum, et amueras ipsius technas, atq; calumnias dissolutum iri. Cremanda preterea augurabatur ab se dormientibus Somnibus in agro dominico clam sparsa Libania. insuper et frumenti grana mundissima ex arca mundi in celestia Sorrea colligenda, ac inuenda omni procul nocumento saposito. Propterea numquam non mulieris calcaneo insidias obtendere, numquam perniciem moliri cessabat ac veluti coluber (Gen. 49. 17) conglobatus in via, Cerastes inter arbusta, et Serbas delitescens in semita expectabat, si posset moru unguis sessorum equi detorsum deturbare, atq; in terram directum prosternere, et conculcare. sed nihil omnino profuere doli, nihil per insidias, ut consequeretur, illi datum est. Etenim nec intranti in hunc mundum Marię, nec exeunti ad eteras sedes insidię nocuere satanę. quę enim futura erat intemerata partu, fuit etiam immaculata conceptu, conceptu, inquam sui, partu filij; quare numquam vel tenui momento passum est numen filij ipsam prope adesse Satanam; et capitalissimum hostem longę, satęq; repulsam a matris finibus semper exulare iussit. Marię verò tanta fuit cura suus inimici ictus, insidias q; vitandi, ut nec instans temporis de se permiserit exultare, quinimo vix ille coluber e suo antro caput exerere conatus est, quin ab hac vigilantissima custode illico fuerit percussus, atq; contritum. Tanta nimirum eius vitę puritas, tanto vincendo soste, in dies maior, ac prestantior erat. quicumq; igitur sanctę piam matrem imitari bene agendo pro suo modulo enixę conantur, nę illi, non modo alumni parthenici, sed verę filij Dei parę nuncupari mereantur. sed de Maria plura infra in digressionem, si tempus permiserit.

Scholia.

17.

Factum sub lege. (Gręcę $\gamma\epsilon\upsilon\omicron\mu\sigma\iota\upsilon\upsilon$ $\epsilon\tau\iota$ $\rho\omicron\mu\omicron\upsilon$.i. factum sub legem. ut vertit Arias) conduplicatio participij, et similiter cadens ablatiuus elegantiam, et emphasim habent. est autem sensus, non modo factum, natumq; ex muliere venisse ad nos Dei filium, verum etiam ex ea muliere, quę legi erat subiecta Mosaię, sub eaq; nata, ut pote filia Dauidis, et Abrahami, reliquorumq; et Patriarcharum, et Regū, quibus de Christo promissiones factę fuerunt. q. d. factum ex muliere, non quavis, sed illa, quę generis erat Iudaici, cui lex data, et imposita, atq; adeo sub lege factum, in qua multę precesserant de eo promissiones, vmbřę, typi, atq; oracula. Ne cesse fuit, inquit Ambrosius, fieri sub lege, ut Abraham filius agnosceretur, suscepto circumcisionis signaculo; quod in fidem, testimoniumq; promissionis illi fuerat datum a Deo. Hęc sententia, vřę verba vide infra n. 24.

18.

Factum sub lege. .i. bonorum legi, ut reddit Frasm. sponte certę legi obtemperantem, non aliqua necessitate, aut iure cogente, et circumcisis est octauo die, et sostia pro illo legitima oblata est quadragesimo. Nę mirum si illa legis opem sustinuit, ex quibus liberaret, qui eis seruiliter tenebantur, qui etiam mortem sustinuit, ut ex ea liberaret eos, qui mortalitate tenebantur. Hęc ex Augustino. Non ergo hęc necessitas, sed usus, non ius, sed factum indicatur. Nęq; enim legis onere, aut violentia opprimi potuit, qui cum legis dominus esset, ac lator, illius iugum

liber, voluntarius que subibat. quaresi bustus verè dicitur non esse sub lege, qui ipse, cui lex posita non est, et ut infra dicitur in hac epistola, qui spiritu ducuntur, sub lege non sunt. Potuit planè dici Christus et sub lege non fuisse, qui totam seruauit ad unguem, perfectissimèq; compleuit eius uniuersa præcepta, iudicia, ritus, et ceremonias, figuras, umbras, promissa, oracula, ut ipse profiteretur, et docet Matt. 5. 17. Non ueni, inquit, soluere legem, sed adimplere, et tota unum, aut unus quæ ex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Igitur suo arbitratu, suaq; sponte sicut matrem elegit, et genus, sic et legem, sub qua nasceretur, uiueret, ac mortem oppeteret; Ne ut ait Hieronymus, qui ob hominum salutem uenerat, aliquid de conuersatione Sominum præteriret. Quin etiam ita legem non inuitus arripuit, ut omnibus, quæ ex lege erant supplicijs, penisq; perferendis se obtulerit proijs uidelicet exactè soluturus; qui legem transgressi fuerant, quorum ipse personam libere sustinere uoluit. Augustinus to. 2. epist. 120. quæ est ad Honorium cap. 4. ita ait; Factum sub lege. nam legis sacramenta percepit, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. i. quos lex reos tenebat occidente littera, dum præceptum non impleretur, antequam uiuificaret spiritus; quia Charitas Dei, quæ præceptum implet = diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Proinde, cum dixisset, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, continuo subiunxit, ut adoptionem filiorum acciperemus. ut uidelicet Suis gratiam beneficij discerneret ab illa filij natura; qui missus est filius, non per adoptionem factus, sed semper genitus filius; ut participata natura filiorum Sominum ad participandam suam naturam adoptaret filios Sominum. etc. quæ legenda suadeo.

Scholia in Versum. 5.

Ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Iudic eleganter, et cum lepore in uerbo sub lege, uerum non sine pondere, grauitateq; sententiæ. Cur filius Dei sub lege factus? ut sub lege constitutos, et oppressos redimeret ex captiuitate tam dura; in libertatemq; restitueret amara seruitutis catenis plusquam ferreis alligatos. subiit nempe, qui liber erat, et Dominus, legisq; lator, uoluntariam seruitutem legi subiectus, ut hoc precia, in estimabili quidem, per soluto, extrema seruitute, hoc est, execratione legis, illi propter transgressionem ^{ad illas} in meliori statum vindicaret, adduceretq;. Venit sanè in similitudinem carnis peccati, ut à peccato liberaret peccatores. subdidit se legalibus penis, et morti se ipsum obtulit, ut penis, et morte præuaricatores legi eximeret. Igitur O Galatæ, qui redimere à iugo legis, legi mancipatos uoluit, non uult subiugum mittere. Quid ergo uos deceptoras secuti cupitis? Abeat ista procul insania. Iugi ne imitem, ac seruilem oppressionem uos tam uide arripere festinetis; postquam ij, quibus primum imposta est, ea soluti sunt. In reos enim legis onere, cui per carnis imbecillitatem succubuerant, Christus execrationi subiectus, quæ illis imminabat, piè, misericorditerq; leuauit. sed nunquid maioris ponderis sarcina, hoc est, seruitute elementorum mundi, (quibus tamquam dijs cultum exhibuistis uos, tanto miserioras, quanto magis à ueritate, et fide alieni) eadem pietate, et misericordia (legis penas, i. quam minimè debebat mortem subiens) gentes pariter subleuauit. ipse idem populi utriusq; et Iudici, et Gentilis

19.

+ additis

unus redemptor Christus. qui etiam, et à iugo, et onere legis gentes abroluit, dum perfecta iam redemptione per sanguinem ipsius, minime opus est ex Gentilismo ad Iudaismum migrantes fieri proselitos, ut vigente lege fiebat, sed omissis veteribus ritibus racta per baptismi ianuam in Ecclesiam, hoc est, in Dei regnum intratur.

20

Quod enim Christus Dominus feminis Gentili Chananeis respondit: Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt domus Israël, et non est bonum panem filiorum mittere canibus. ubi Iudaeos filios, Gentiles canes appellare visus est. Hoc duntaxat significavit, primum quidem, ac ~~pro~~ praecipue ad redimendos Iudaeos, quibus facta fuerant promissiones, missum venisse, sed non ideo ad redimendos populos gentium fuisse se missum negavit, quippe qui omnium gentium expectatio fuit, pro quibus ipsis etiam mortuus est; et licet potius per Apostolos, quam per se ipsum, ex proposito illis predicavit, tamen etiam ipse, vel obiter eos docuit, et suum adventum, dum per Samariam transiret, annunciare non renuit. Quare Hieronymus ibi sic explicat. Non sum missus, inquit, nisi ad oves, etc. non dicit quod ad gentes non missus sit, sed quod primum missus sit ad Israël, ut his non recipientibus euangelium iusta fieret ad gentes transmigration] quinetiam (ut precedente cap. 3. expositum fuit) gentibus uniuersis in Abrahamo per semen eius, i. per Christum. Benedictio gratiae promissa est.

21.

Ut adoptionem filiorum. Graecè υιοθεσια. Syriaca, positionem filiorum, i. adoptionem. Erasmus vertit, adoptione ius filiorum. Periphrasi usus, quia latius (ut ipse ait) Adoptionis nomen patet. At restrictius hic sumitur, ut Syrus explicat. Adoptio enim filiorum est electio, etiam si Genitrius ille non addatur, et de Somnibus primo dici consuevit, deinde ad Deum extensa est. Duplex inter Somnes est adoptio, altera retinet nomen genericum, altera dicitur Arrogatio, quas sic distinguunt iuri doctores: Patris adopto sum, sed Patris permanet idem.

Arrogo qui suus est, sed meus habet esse necesse. Sed tertia est apud Theologos species Adoptio, non humana quidem, ut alii duc, sed diuina; per illas enim Somne adoptat filium alienum, per hanc Deus diuinae naturae consortem Somnem facit, si huius filium creat. In quavis autem adoptione nomen Patris, ac filij metaphoricè usurpatur, translata appellatione à naturali ad eum, qui est per voluntatem, et electionem, nihilominus adoptio proprie dicitur in omnibus speciebus, sed de his infra latius in Theorijs, ac Digressionibus.

22.

Reciperemus. ita etiam Arias, et Syrus, sed Erasmus, acciperemus, ut redimere, et iterum emere, sic recipere, iterum capere sonat. Iudaei empti, quasi mancipia ex potestate Aegyptiorum, postquam à lege Dei defecerunt, et alieno domino ad deserunt, peccato scilicet, vel morte redempti dicuntur; Gentes quae in Adamo adoptionem amiserant, per Christum receperunt, ut notat Ambrosius, et Augustinus, qui ait, Non dixit accipiamus, sed recipiamus [ita ipse legit] ut significaret nos hoc amisisse in Adam, ex quo mortales sumus, sed quid valeat haec animaduersio prudens lector diiudicat. Quum dicens (accipiamus) ostendit ipsam antea fuisse debitam, sed nos non potuisse accipere propter infantiam mentis. Debita tamen promissa in Abrahamo intelligitur. Esto ita ut redemptio ista legis, et execrationis eius pertineat ad Iudaeos, adoptio vero pro Gentibus subiuncta sit. quid ergo? Nonne et gentes redemptae, et

iam diximus, et Iudæi etiam adoptati sunt. Procul dubio: nam gratia, quæ à lege, et peccato immunes facit, eadem adoptionis efficax est.

Nihilominus vero simile iudico, cum Augustino, duobus illis membris orationis præmissis, factum ex muliere, factum sub lege. Duo alia, quæ subsequuntur, respondere; ut eos, qui sub lege erant, redimeret. ut adoptionem filiorum reciperemus. sed ordine immutato, ut posterior priori, prius posteriori membro reddatur. Sic illud colligi videtur, Christum ideo factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. ideo ex muliere factum, ut adoptionem filiorum reciperemus. Hieronymus, quomodo sub lege factus est, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. sic propter illos, qui nati erant ex muliere, ex muliere nasci voluit. An verò cum ijs, qui sub lege non erant, factus etiam fuerit avomus. s. sine lege, ut eos etiam redimeret, ut innuit ille locus, et cum iniquis reputatus. Græcè enim pro iniquis ponitur ijs, qui sine lege erant; an verò non dicantur gentes redemptæ, sed emptæ, ut. 1. Corinth. 6. 20. empti enim estis precio magno vide sic eundem Hieronymum, et de priori quidem consequitione, siue hypotetica propositione (aut si maius appellare ita) Entymemate rhetorico, iam satis opinor dictum est nuper, cum ea verba explicarem, et sententiam elucidare conati sumus. Christus enim, ut Sponsor noster, seu pro debitis vas, in se suscepit debita nostra, ut solueret; legi obnoxius factus est, ut quicquid lege præscriptum erat, ut debitor, siue delictivus pateret, ipse suo corpore luendum susciperet, atq; ita debito atq; delicto reos absolutos liberaret.

23.

24.

25.

Hinc enim adoptio

Catharinus, Particularem quamdam pro Iudæis, qui erant sub maledicto legis, requisitam fuisse redemptionem, ait; ideo qd factum sub lege, s. obligationi peculiari legi (Domini alioqui legis) ut eos, qui sub lege erant, redimeret, videlicet à peculiari, illa maledicto legis, sed nunquid non et gentes sub communi erant maledicto legis. Datq; protoplasto: in quacumq; die comederis morte morieris. explicui hoc præcedenti cap. 12. 13. legitur et si hic locus ad Iudæorum Legem præcipiè respiciat, tamen ego non dubito ad omnem legem siue naturalem siue Divinam eum referri oportere. Unde Ambros. salvatorem, inquit, necesse erat fieri sub lege, quasi filium Abrahæ iuxta carnem, ut circumciscus appareret ijs esse, qui promissus Abrahæ venerat gentes iustificare per fidem, signum habens eius, cui promissus fuerat. sed de posteriori etiam si quid tetigerimus, enucleatius dilucidiusq; operæ præcium sit idem explicare.

Adoptio, ut ait August. distinguit unicum Dei filium (qui idem est quod Pater) à filijs per ~~electionem~~ electionem, et adoptionem recipimus, quod ille unicus non deignatus est participationem naturæ nostræ, factus ex muliere; ut non solum unigenitus esset, ubi fratres non habet; sed etiam primogenitus, in multis fratribus esset. Rom. 8. 29. igitur filius Dei factus est ex muliere, et verbum caro factum est. s. factus est homo, et filius hominis, humanam induens naturam; et formam servi accipiens, ut homines in adoptionem admitteret, dans eis potestatem filios Dei fieri, et faciens, ut ipsa filios Dei, non adumbratè, et nomine tenus, sed verè adiunctos sibi, et in sui corporis membra coaptatos, et incorporatos. quod facit suo spiritu (ut actutum dicitur) eis communicato, atq; infuso. Itaq; filius Dei factus est filius hominis, ut filius hominis



faceret filios Dei. Atque vis, et quanta suus consequentia? Splendorem (Anxius Anonius) necesse erat fieri sub lege, quasi filium hōnōrem in terra carnem, et circumcisus apparet. *recepto, qui promissas hōnōris dederat genti iustificare per fidem, signum dedit dicit, cui promissas fecerat. vide hōnōm.*

26.

Dico breuiter, ut in scholio, dicturus postea latius in Theoria. Est planè operis precium, ut qui filius est, Patris sui imaginem referat, ipsum q̄ in se ipso representet. Filius enim quid nisi Patris similitudo est? Atquē fieri posset, ut similitudo Dei adeo tantis eluceret in adoptatis, nisi unigenitus, qui natura est Patri equalis, (ut ait sapiens) Candor est lucis eternę, et speculum sine macula Dei maiestatis, et imago bonitatis illius. siue (ut Apostolus transfert) splendor Patris, et figura substantię eius, in se transcriberet adoptatos, vel potius ipse se transfunderet in illos. Hoc autem, quo pacto, qua ue ratione, aptè fieret, nisi factum esset uerbum caro? nisi filius Dei filius uirginis dignatus fuisset in tempore fieri? ut sic in eadem natura existeret, et pateretur, atq̄ adè magis esset imitabilis hominibus, nam aneam patientiam caro non imitatur, nec corporis translucētiā celestis potest attingere humana mundicijs. frangitur humana debilitas, dum cogitat Dei uirtutem, atq̄ potentiam, nec sperat se posse uel tolerando, uel agendo, eius minimam partem emulari. Quare proponi oportuit à Deo prototypum aptissimum, nempe Christum, cuius lineamenta uirtutum, colores, lucēs, umbras, accessus, recessusq̄ passionum, atq̄ laborum facile cernerent, atq̄ adiutrice gratia in se ipsis inspicendo, et emulando, exprimerent. Hoc illud est, quod nos docuit Apostolus cum ait: quos presciuit, et predestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. scilicet, quos saluos esse uoluit, decreuit filios sibi adaptare, similis factus filio naturali unigenito, qui est imago ipsius Dei inuisibilis, et figura substantię, ut qui in Deitate est unigenitus, nullos q̄ habet fratres, in humanitate esset primogenitus inter multos fratres, et alibi. qui sanctificat, et qui sanctificantur ex uno omnes. i. eiusdē Patris filij ad eandem imaginem elaborati, et expressi, licet non equalitate, sed proportionē similes. Ergo ut s. Bern. aliquando dicit, sine causa sum Christianus, si Christum sequar.

27.

Verum occurreret quispiam fortassis, cui dicta non satisfaciunt, dicit q̄. quid necesse fuit ex muliere factum mitti secundum dominem; siquidem primus Adam non ex muliere, sed ex limo terre factus est? quin et Lúa non ex muliere, sed ex uiri costa facta fuit? Extorquet à nobis hæc questio, ut ingenuè fateamur Dei insignem bonitatem, inmensamq̄ benignitatem filij eius; qui communem ceteris hominibus nascendirationem assumere dignatus est; quo similior atiam fieret in assumpta humanitate adoptiuus ipse filius naturalis. quippe qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratu est, esse se equalē Deo, sed semetipsum exinanīuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, et habitum inuentus, ut homo. Occultans ille quidē maiestatem diuinę formę, in qua equalis est Patri, quantum deceit, recusauit ~~pro~~ quicquid excellentię potuisset ostendere, ut fratribus fieret per omnia similis. Itaq̄ non ex nobiliori materia aliqua (ut infra dicemus contra hereticos) non ex terrene masa mundissima, aut ex lutasa crata, ut Adam, non ex uiro, ut Lúa, sed ex muliere tantum, ex infirmiore nempe sexu, et debiliore parte humanę nature huma



nitatem assumpsit. cum ob alias causas idoneas, tum maxime, ut Similitatis, et totius vir-
tutis exemplar se nobis exhiberet. Gregorius Magnus, C. viii, in, Christi Anno non est nichilum.

28.

Quid igitur? Pulvis insolenscit, et cinis? Homo vilis, et abiectus superbia effertur?
 Nonne tantæ Similitatis exemplo commotus aut trepidus elatos deprimas spiritus? Ina-
 nes, ac superbas cogitationes Soc veluti freno cohibebis? inflatos, ac fumigantes cona-
 tus remittas, atq; Depones? Deo te queso gratum ostende, illi te magis, magis q; subdi-
 tum agnoscas, quem Deus idè voluit conformem fieri imaginis filij sui, imaginemq;
 bonitatis sue, quasi sigillo impresso signari te voluit adoptatum; ut ipsi tu per omnia si-
 milis apparere vellas; quemadmodum et ille tui per omnia similis esse voluit. si itaq;
 per adoptionis gratiam exaltatus est à Deo paruulus Seres, ut in statu perfectiori cõs-
 titutus sui iuris factus, imonunis à lege, liber à crimine, mortis metu solutus, vitæ sine
 termino participes deinceps sit; Soc q; ut conuegereris, unigenitus Patris æterni Domi-
 nus omnium minime recusauit ad extrema venire, nullatenus refugit Simillimum
 tenere gradum, ad inferiora terræ descendere, Soc est, in uterum virginis intrare non
 exhorruit. quid igitur? quid amplius postulare necesse est? factus est ex muliere. omnia
 dixi. Homo enim natus ex muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs. =
 nullam itaq; naturæ Sumanæ annexam miseriam recusauit, cum ex muliere dignatus
 est nasci. Tentatus enim per omnia penarum genera pro similitudine carnis pas-
 sibilis, atq; mortalis, quam suscepit, et gessit abiq; peccato, quod nullatenus admisit.
 quiq; peccatum non nouerat pro nobis peccatum. i. hostia pro peccato, fieri voluit.
 Similiauit. Demq; semetipsum factus obediens usq; ad mortem mortem autem crucis. =
 ex muliere, inquam fieri, et nasci elegit, quæ ex populo erat legalis, eaq; tempore cum lex
 vigeat, et dominabatur, nasci consentaneum duxit, ut Samines omnes, et potissimum eos,
 qui veluti sub Salsa serui, sub lege erant, et sub maledictione, cum seruitute, tum mor-
 tis timore liberaret. Christus Jesus, inquit Paulus 1. Timoth. 2. 6. qui dedit redemptionem
 semetipsum pro omnibus. etiam Græcis, et infidelibus gentibus, ut exponit Theophylactus
 qui av̄ ἰλοῡσιν precium redemptionis significare ait, pro quo Vulgata editio habet
 redemptionem. Soc dixerim, ut animaduertas Gentes non modo emptas Cvt innuit Hier-
 onimus) sed et redemptas dici ab Apostolo, ille autem qui Hieronymum se simulat in
 comment. breuiori bus, sic ait, Christus sub lege factus est, ut peccatum in carne vincens
 credentes in se à vinculis legis liberaret. Item si sub lege factus non esset, Iudeos salua-
 re non poterat, gentes verò poterat positus sub lege redimere, ut adoptionem recipe-
 ramus, non enim omnes recepissemus adoptionem, si factus sub lege non esset. Hæc te-
 nus ille. Ergo filius Dei factus ex muliere. i. homo passibilis, atq; mortalis, ut mor-
 tesua uniuersos mortales vitæ redderet, in adoptionem filiorum Dei vocatos, iudei pui-
 tamen Hæreticos; ex quorum semine, sub quorum lege nasciturus erat secundum sacra-
 vatum oracula. Longius protractus sum quam proposueram dulcedine subiecti utilis-
 simi, ut ad imitationem Christi domini, dum alios adhortor, me ipsum excitarem, atq;
 sic facilius è torpore pigritiaq; resurgerem.

Theoria 3.

Contra hereticos hunc versum 4. variè oppugnant.

quos Sereses sume vericulum oppugnant, Misit Deus filium suum factum ex muliere?

29.



Carpocrates antiquissimus haeresiarum adhuc temporis Apostolorum sensit Christum ^{non} esse hominem. Hunc Coetanei eius Cherinthus, et Ebion secuti excitarunt ^{Joannem} ut Evangelium aduersus eos scriberet. Ebion propterea ausus est fingere Christum non modo purum esse hominem, sed ex congressu Iosephi, et Mariae natum, quod tamen commentum quidam ex Ebionitis, qui Christum Deum negabant, nimis dicebant. Eundem illum errorem postea tenuit Theodotus quidam Bilan ^{quus, à quo dicti sunt Theodotiani, sicut à Carpocrate Carpocratitae.} ^{Non uerunt etiam Theodotiani, (ut uult Irenaeus) et Gnostici, i. scientes, qui tamen erant insipientissimi. Propter eos etiam Paulus samosatenus sub victore Pape, et seuerio Imperatore. similiter et Theodotus, quibus annumerantur Bonosiani, qui dicentis Christum filium adoptiuum, etiam asserebant nullo modo ab aeterno genitum Deum esse ex substantia Patris. omnes istas secutus Nestorius consequenter aiebat, Matrem eius Mariam $\chi\sigma\iota\sigma\tau\omicron\chi\omicron\upsilon$, $\theta\epsilon\acute{o}\tau\omicron\chi\omicron\upsilon$, id est, Christiparam, non Deiparam nominandam, Christum uero appellandum esse Deiferum, quod propter eximiam uitae sanctimoniam meruisset, ut se ei diuinitas speciali quadam ratione coniungeret, non hypostaticè substantia liter, sed per affectum, sicut alijs iustis, magis tamen peculiari ratione. Huic cogit adnectitur Theodorus Mopsuestiensis, à quo aiunt edoctum Nestorium, qui uixit Theodosij iunioris Imperatoris, et Celestini Pontificis tempore, sed qui in hoc consentiebat, ut dicerent Christum purum hominem, differere tamen inter se. quippe Gnostici dicebant non de uirgine natum, sed de caelo lapsum, aut alio modo factum. Appelles, ex elementari materia eius corpus in aere compactum somniauit. Valentiniis, quem olim Valentiniis, nunc Anabaptista emulati sunt, ex caelesti materia confectum mundo apparuisse, et carnis phantasmate indutum per Mariam tanquam per fistulam, uel canalem transisse, ut refert Irenaeus. Marcion etiam phantasticè seu simulatum corpus Christi dicebat. Verigis Arius minorem Patre, ac puram eternam Christum esse mentitus est, totumque mundum hoc mendacio impleuit, et perturbauit, ac pene subuertit.}

30.

Horum omnium deliria redarguit hic Apostolus, dum affirmat, Deum misisse filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum recipereamus etc. Nam cum appellat filium suum i. Dei Patris, ut supra explicatum est, euidenter demonstrat non purum hominem, sed Deum etiam esse, cum factum ex muliere dicit, non solum Deum, sed etiam hominem confitetur. Propterea si ex muliere tantum, et non ex viro factum dicit, planè filium fuisse Iosephi negat, contra Ebionem; cui etiam obstruit os Gabriel Angelus. Mat. 1. 21. cum ait: quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est, ex quo etiam constat ex matre uirgine natum Iesum Christum, ut ibidem v. 23. confirmatur ex Propheta Isaia 7. 14. ecce uirgo in utero habebit, et pariet filium, et uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Nomen autem mulieris uirgini etiam dari satis supra ostensum est, imo singulariter dictum de matre Dei, quae sola mulier est fortis ab antiquis oraculis expetita, et praeuunciata, ut aperte uidemus paulo ante: fuit autem uera mater Maria Christi, quem ex sua substantia factum à Deo, atque ope, et uirtute spiritus sancti efformatum in utero gestaant

novum menses, alitq; atq; nutriuit intus purissimo, ac virgineo sanguine, exterius
 candidissimo lacte diuinitus suppeditato in vbera de celo plena, vt canit ecclesia. vr
 de apparet insignis amentie fuisse dicere corpus phantasticum, simulatum, aut
 ex materia celesti, siue aerea compactum, vt illi temere pronunciarunt, quos supra
 retuli, Gnostici, Valentiniani, et reliqui. quorum phantasias somniantium, vel
 delirantium Dominus in die sua resurrectionis taxauit, vanasq; ostendit, cumius
 sit Apostolos visu, tactusq; experiri sui corporis veram carnem, verag; ossa: Pal
pate, inquit, et videte, quia spiritus carnem, et ossa non habet, sicut me videtis
habere. Tactus certe verae carnis differt maximè à tactu ficti, et simulate carnis,
 nec illum calorem, suauitatem, qualitates ue alias prae se fert, quas verum ac vi
 uum corpus humanum habere solet. nec fuit modo Mariae virginis verus filius
 Iesus christus; verum etiam Dei naturalis, non adoptiuus, filius fuit, dicente Lu
 ca 1. 35. Idèiq; quid nascatur ex te sanctum vocabitur filius Dei. quare mentissi
mè nominatur. Maria virgo Theotocos, i. Deipara, siue mater Dei contra Nestoriū
 in Concilio Calcedonensi damnatum. quod Concilium unum fuit ex quatuor Oecume
 nicis, quibus veluti quatuor euangelij's fidem prestandam D. Gregorius Magnus
 asserbat. Constat etiam Photini inane fuisse delirium, quod non modo purum so
 minem Christum, sed initium ex matre Maria habuisse falsò opinabatur. scriptum
 est enim Ioan. 8. 56. Præquam Abraham fieret ego sum. Persona etenim filij Dei
 erat, qui somnem induit extempore, factusq; est ex semine Dauid, i. ex muliere,
 non quauis, sed Maria virgine; non quidem secundum personam, et hypostasim
 filij, quæ æterna est; neq; secundum diuinitatis substantiam, siue essentiam,
 siue formam, in qua æqualis est Patri; sed planè secundum carnem, quam oppor
 tuno tempore, Soe est, vbi venit plenitudo temporis, sumpsit ex matre. Perique
 Arii dogma confoditur, dum is, qui factus est ex muliere, ore pleno, verissimè q; di
citur filius Dei; vt iam diximus, non adoptiuus, sed naturalis, consubstantialis
omodoq;, atq; adeò non minor Patre, sed ei æqualis, et in æqualis, vt ait Apostolus
 Philip. 2. 6. qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, ex
namuit semetipsum formam serui accipiens. Sic de Patre dicitur, misit filium suum,
ibi formam serui accipiens. dictum est. Non ergo Dei filius minor Patre, nec creatura,
 nisi ratione formæ serui, quam accepit, dici solet. alias idem met filius dicit Ioan. 10. 30.
Ego et Pater unum sumus.

Hinc illi questioni facile fit satis, cur non fuerit corpus domini ex nihilo creatum, vt
 mundus vniuersus, vel ex terra, vt protoplastus, aut ex alia illustriori materia? Occurren
 dum nempe fuit Secreticorum temeritati, atq; amentie, atq; vt supra diximus, haberi
 da ratio simplicitatis, et similitatis, quibus seruatis tam admirabiles, atq; singula
 res propagatiuas continet incarnatio Verbi diuini facta ex virgine Maria, inter, quæ
 (non dico ornando, et amplificando) exaggerari, sed nec simpliciter loquendo exponi. et
 vari.

+ mulieres benedic
 ta, et Spiritus Sanc
 ti oblatione con
 cipiente, et vix quæd

Theoria 4.

Super illud, At vbi venit plenitudo temporis. vers. 4.

qui Plenitudo temporis significet, variè explicatur. Cardinalis Hugo adultam
 etatem dicit ad quam paruulus Seres peruenturus fuerat ex præscripto Patris; vt hq

reditatem posset adire, ac possidere. q. d. cum iam mundus, seu genus humanum adole-
 uisset, ac per tempus etatis capax videretur sapientie, ac prudentie, sine quibus bona pa-
 terna vix, ac ne vix quidem obtinere, ac conservare posset; tunc Pater eternus adveni-
 re voluit e celo in terras filium suum hominem factum, legisq. subiectum, similem
 certe reliquis; ut e servitute, et pedagogo, siue ex potestate tutorum, et actorum erep-
 to, et libero hereditatem antea in Patriarchis, Regibus, ac Prophetis promissam, tanquam
 proprio filio, licet per adoptionem assumpto, redderet. Hanc expositionem secuti sunt
 Anselmus, Catharinus, Seripandus, Legionensis, Adamus, insinuat etiam eam Lombardus.
 verba sunt Catharini; Temporis plenitudinem etatem mundi maturam, et plenam
intelligit. Seripand. idoneum tempus a Deo prescriptum, ut tuteq. et servitutis termi-
nus esset. Legion. temporis maturitate a Deo definitam.

33.

Salmeron autem ex nostratibus primis Patribus doctissimus unus aliam sequi
 tur expositionem, que est multorum antiquorum Patrum: Temporis plenitudinem
 inquit, appellari plenam etatem, in qua venit Messias. Ambrosius sic: Plenitudo te-
poris est completum tempus, quod prescriptum, a Deo Patre quando mitteret fil-
um suum. idem ait s. Thomas, Dionysius, Lombardus, Syra. Interlinealis, Demigius
 Caietanus, Valgues, Gagnius, Bruno, Theoph. Occum. Hieronymus simulatus, Cui
 rius, Mariana, tamen nonnulli eorum in explicando non nihil a seipsis discrepant.
 Theops. Simul, inquit, advenit tempus prescriptum Christi incarnationis, cum omne
scelerum genus, preter grossa humana natura, opus fuit curatione. Hieronymus:
impletum erat tempus, quando legem per malam consuetudinem nemo poterat cus-
todire. Occumenius: Plenitudo temporis, videlicet, quo oportebat Christum venire, quod
definitum fuit a Daniele Propheta, et finem accepit tempore Augusti Cesaris, quan-
do Christi in carne dispensatio principium sumpsit. Claudius. Plenitudo temporis vo-
catur prescriptum tempus a Patre, quo benedictio Abrahę in semine suo Christo impletur
et universo orbi communicaretur. Glossa Ordinaria: Temporis totum spacium ad
impletum, quo lex durare deberet. Theodoret. Tempore convenienti. Seripandus:
oportuno, et idoneo. Mariana, suo. Legionensis: maturo tempore, quod Deus prescri-
psit, ut humane nature susceptionis mysterium impletet. Bruno: Plenitudo tempo-
ris, i. finis, et consummatio temporis; quod preterire primum constituerat Deus, vel
tempus plenitudinis, quod sunt impleta quecumq. expectata fuerant, ut iustificatio
et salvatio. Sic in benedictione continebantur Abrahę.]

34.

Equidem non dubito Apostoli sensum ad Christi adventum esse referendum, ple-
 nitudinemq. temporis gratie tempus connotare, veluti illud Eplos. i. 10. in dispensa-
 tione plenitudinis temporum; quod omnium fere calculo idem tempus refert, eo-
 demq. sensu dictum est; tamen non potest negari quin allusum sit ijs verbis ad
 illa superius posita; utq. ad tempus prescriptum a Patre, que tamen in redactione
 similitudinis tanquam manifesta, seu facile subintelligenda omisa sunt: quippe
 cum idem tempus prescriptum esset a Deo, et servitutis terminande, et libertatis recu-
 perande, Socest. Circumcisionis, legisq. fini, et adoptionis initio, quod fuit Christi
 saluatoris mundi adventus. Isai. 40. 2. completa est malitia. Hebraice כְּנָחָה
hebraice כְּנָחָה i. tempus militando prescriptum, quo expleto miles rube donatur, militansq.



solvitur, ut liber sit à militari labore. Hoc tempus indicatur aduentus Christi cum Iudæi
sæcra militia solvendi erant, et ab oppressione legis, et servitute peccati per novum, expec
tatumq[ue] regem liberandi. V. Alvarus in haim c. 40. v. 2. p. 17. 25. 26. 27.

§. 1.

35.

Hugo Cardinalis rationes octo profert ob quas tempus plenitudinis dicatur tempus adue
tus Christi. Prima est. Pacis, ac terræ fructuum abundantia, et copia rerum omnium. iux
ta Ps. 71. 7. Orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis. Joel. 2. 23. Filij Sion exul
tate, et lætamine in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitię, et descendere
faciet ad vos imbrem matutinum, et serotinum, sicut in principio, et implebuntur areę
frumento, et redundabunt torcularia vino, et oleo. etc. 2. Gratię donorum Spiritus
Sancti, Charismatumq[ue] Cęlestium effusa largitio, et condonatio. secundum Ezech. 34. 25
et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem, et deducam imbrem in tempore suo,
et pluvij benedictionis erunt. quod factum, inquit, Glossa Ordinaria in primitiva
potissimum Ecclesia descendente spiritu sancto in Apostolos in signo visibili. Actor. 2. 2.
3. et per ipsorum impositionem manus in alios Actor. 8. 17. Benedictionem appellat
filios Ecclesię prę ceteris benedictos; imbrem verò copiam gratię cęlestis, tempus
autem suum, quam sic plenitudinem temporis. Item Ps. 64. 10. Visitasti terram,
et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis. vi
sitavit aduentu suo Christus Ecclesiam militantem, spiritus sancti vino inebriavit,
multimodis sonoravit domus, ut refert Glossa Interlinealis, et in ordin. Casiodorus,
misericordia, inquit, Dei pleno fluvio comparatur. Ludolphus Carthusianus. Fide
les, inquit, primi quasi flumen à Christo fonte derivatum, repleti sunt donis Spiritus
sancti, et gratijs; unde alij etiam potentur, et irrigentur. Item tempus aduentus Chris
ti comparatur autumnno, quo tempore, quę seminata sunt syeme Patriarcharum, germi
narunt vere quasi primo legis scriptę, atq[ue] Prophetarum estate matura esse cępe
rant, tandem, tandem aduentu Christi quasi in autumnno plenis canistris collecta
sunt. Hoc tempus gratię, de qua Isaias. 49. 8. quod etiam refert Paulus. 2. Corinth.
6. 2. Tempore accepto exaudiite, et in die salutis adiuuite. Ecce nunc tempus accepta
bile, ecce nunc dies salutis.

78

88

88

36.

3. figurarum impletio, fuit enim tempus illud ante aduentum Christi vacuum lu
ce, et umbrosum; de quo Job 7. 3. Habui menses vacuos, et noctes laboriosas enume
raui. item Hieremia. 4. 23. Aspexi terram, et ecce vacua erat. et Job 26. 7. Exten
dit aquilonem super vacuum. Lux enim, et premia aduentui Christi reservata sunt, qui
ait. Matt. 5. 17. Non veni solvere legem, sed adimplere. et Paulus Rom. 13. 12. Nunc
cessit, dies autem appropinquavit. 4. Promissarum redditio, siue exhibitio prophe
tiarum, atq[ue] oraculorum cęlestium, ac divinarum. Daniel. 9. 27. confirmabit pactum
multis Sebuloma vna. et Hebr. 1. 1. Multifariam, multiq[ue] modis olim loquens Deus
Patribus in prophetis novissime diebus istis locutus est nobis in filio. 5. Consumma
tio temporum. Hęc enim novissima hora, novissimi dies, sexta mundi etas, et ultima.
statem ultimam ideo sic appellari dicit Isyra in Isaiam 2. 2. et Mic. 4. 1. quod legig
tię alia non successiva sit, finis seculorum 1. Corinth. 10. 11. Occumemus, illud Eph. 1. 10. sic
exponit, ad dispensationem plenitudinis temporum, 1. commodam, et utilem gubernationem



finalium temporum. Nam in nouissimis temporibus facta est dispensatio salutaris in
 carnationis. Theophylactus etiam: Nouissima, inquit, tempora supplicium postulabat
 et penam, tamquam in ipsis impleta malitia mortalium, aduentus autem filij sa-
 lutem potius his temporibus distribuit, ac dispensauit, quod incredibilis fuit sapientie
 idem dicit Chrysostomus à quo sic sumpsit: Saluauit, inquit, genus Humanum, cum
 potissimum periturum erat, dispensationem Sarc, et sapientiam plenitudinis temporu
 per charitatem inueniens.

37.

6. Misericordie affluentia propria noui testamenti, cum in veteri magis appa-
 ret rigor iustitie, et diceretur, Deus ultionum dominus. Ps. 93. 1. At in aduentu cantat ecclesia
 Misericordia domini plena est terra. Ps. 92. 5. 7. Creaturarum omnium perfectio com-
 pleta, ut locus ille ostendit. Eps. 1. 10. quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis
 temporum instaurare omnia in Christo. et Rom. 8. 21. quia et ipse creatura liberabi-
 tur à seruitute corruptionis. Hos duos locos equiparat Theodoretus. 8. Premioru
 plena, et copiosa solutio. Ps. 67. 19. Ascendisti in altum etc. accepisti dona in homini-
 bus. quod explicatur Eps. 4. 9. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, De-
 dit dona hominibus. Nimirum, quæ accepit à Patre dedit hominibus, videlicet, spiri-
 tum sanctum, et uaria eius charismata, inter quæ æterna beatitudo computari debet.

38.

1. Alias rationes affert Salmeron. quoniam æternitas, quæ omnia continet, in tempus
 uenit, et spiritus in carnem. (sic corrigo, quod ibi ponitur, in tempus) et Deus in homi-
 nem: et quia in eo (uidetur hic aliquid deesse, forte, tempus et, ut aptè respondeat
 uerbum plurale quod sequitur) precium salutis omnium in eundem Christum con-
 currebant, idque tempus ab Angelis, et hominibus diu desideratum, et expectatum fuit.
 unde est illud, Abrasam exultauit, ut uideret diem meum. etc. 2. Adde quod in eo
 impleuit Christum gratia, et ueritate, et per Christum etiam uirginem Desparam,
 et Apostolos, et omnes qui processerant prophetas: quia de plenitudine eius omnes
 accepimus. 3. Denique in hoc tempore ad æternitatem eleuamur, primum quidem spi-
 ritu, deinde corpore suscitato. Aliquid omisi, quia cum supra iam dictis coincideat.

38.

Flugo præterea triplicem plenitudinem hoc tempore notat, uentris, orientis,
 legis. 1. in uirgine, Matt. 1. 18. Inuenta est in utero Sabens. 2. in Apostolis Act. 2. 4.
 repleti sunt omnes spiritu sancto. 3. in Christo Matt. 5. 17. Non ueni soluere legem,
 sed adimplere.

39.

Diximus locum Eps. 1. 10. in dispensatione plenitudinis temporum non dissociare
 ab hoc, quem exponimus, sed tamen duplex in hoc scrupulus restat extrahendus, Primus
 est utatur ibi numero multitudinis. Alter quid uoluerit significare Paulus nomine
 dispensationis. Ad primum quidam arbitrantur esse Enallagem, quæ ponitur nume-
 rus pro numero. alijs placet alium ad uarias temporum assignationes, et tractus
 quæ ante Christi aduentum implenda fuerant, ut anni Egyptiacæ seruitutis, Babilo-
 nicæ captiuitatis, Hebræorum Danielis: quare Carretanus sic exponit ibi. Opti-
 mè quadrat sententia hæc cum uerbo domini. Non est uisum nosse tempora, uel
 momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Arcana siquidem diuine uoluntatis
 sunt in dispensandis temporibus, non imperfecte, sed plene. Plenum siquidem tempus
 dispensauit cuius rei, quam disposuit effigere, et cuiusq; temporis plenitudo latet



in mysterio diuinę voluntatis. V. g. aliam plenitudinem temporis dispensauit pro inchoatione circumcisiōis; aliam pro donatione legis, aliam pro promissione Messię Dauidicę; aliam pro institutione baptismi; aliam pro uocatione gentium. Et. Hęc enim dispensatio plenitudinis temporum est, eam quam pater posuit in sua potestate, est ea, quę continetur in mysterio voluntatis diuinę. Hinc patet etiam secundi scrupuli explicatio. Nam cum multa tempora præterire deberent ante Christi aduentum ex dispensatione, et dispositione voluntatis, ac prouidentię diuinę, eas prorsus complenda erent, recte hic ordo, et distributio temporum dispensatio appellata est. Hinc opinor ortum esse, ut mysterium incarnationis æconomice οικονομία, secundis dispensatio nominetur. quod multi cum Gręcis legunt in Vel, ad dispensationem plenitudinis temporis. alij cum Vulgata correcte in dispensatione causa fuit varię interpretationis, sed non ad præsens id facit, cum non commentamur epistolam ad Ephesios, sed ad Galatas.

§ Corollarium. 1.

Ex dictis verò duo sunt elicienda, Alterum fati necessitatem omnino repellendam ab aduentu Christi, qui ex voluntatis diuinę præscripto, seu certo tempore accidit. Erat enim in Verbo sine tempore (ut ait Augustinus) quo tempore Verbum caro fieret. Id itaq; quod in diuinę mentis sapientia occultum latebat, tandem aliquando cum Deo placuit, i. in ultima hac ætate, quam mundi sextam appellant, notum fuit hominibus. sicut autem apud Ecclesiastem legitur; Omni negotio suum tempus est, et opportunitas. ita Deus, qui singulis rebus sua præstitit tempora, incarnationi Verbi suum tempus præfixit; omnia tempus Sabent, et suis spacijs transeunt vniuersa sub celo (Ps. 118. 91) ordinatione tamen Dei perseverat dies, fluit q; tempus. facessat itaq; procul ethnica philosophia, fatum, fortunamq; frustra, atq; insipienter ponentium, quę nihil sunt præter Dei voluntatem, et ordinationem. Audi Augustinum tit. 91. in Ioannem, ita dixit euangelista; Nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius, Non est enim hora eius, vel nostra nisi voluntas eius. Nec enim Dominus sub fato natus, hoc nec de te credendum est, quanto minus de illo per quem factus es. Non ergo horam dixit, qua cogere tur mori, sed qua dignaretur occidi. Tempus enim expectabat, quo moreretur, quia et tempus expectare voluit, quo nasceretur. Hactenus ex Augustino. quando ergo tempus impletum est, quod definitum erat à Deo Patre filio, Spiritu sancto, filius Dei carnem assumpsit, apparuit in mundo, fecit, et docuit, passus, et mortuus est, resurrexit à mortuis, et in celum assumptus est, misit spiritum sanctum, et tandem venturus est ad iudicium. omnia dispensanda fuerant suis certis temporibus ex Dei voluntate præscriptis in sua æternitate. Cum autem Christus, qui Deus, unam cum Patre voluntatem haberet, humanamq; voluntatem diuinę semper conformaret, quando, et quomodo voluit, et natus, et mortuus est, et reliqua omnia præstitit ad æconomiam spectantia redemptionis. Confirmat hoc Leo Magnus de Nat. ser. 3. vniuersitatis creator, et dominus totus ubiq; præsens, et vniuersa excedens in ordine temporum, quę ipsius dispositione decurrunt, Sunc sibi diem, quo in salutem mundi ex beata virgine nasceretur, elegit integro per omnia iudore pregnantis. Si igitur sacri scriptores tam solerter, tam distincte, ac præcise, ut legimus in sacris libris, tempora adnotarunt, incarnationis Verbi, partus virginis, Circumcisiōis Dominiq;

Diximus
reperitur

40.

Octavo die, purgationis in templo quadragesimo, remansiones in Hierusalem, anno duo
decimo, suscepti baptismi apud Iordanem inchoante bigesimo, horum passionis, et diei,
ante diem factum Pasche, resurrectionis à mortuis tertia die, Ascensionis quadra
gesimo, aduentus spiritus Sancti quinquagesimo. id certè effecerunt, cum alijs
de causis, tum maximè, ut sine hæsitatione vlla teneremus, et crederemus omnia
ex beneplacito diuinæ voluntatis contigisse. Nihilq; omnino vel fortune, vel fato
(vt iam diximus) tribuendum, quæ nomina præter diuinam ordinationem, ac pro
uidentiam vacua sunt, et inania. Plura aduertus necessitatem, et fatum Sabot
August. citato loco in Ioan. tit. 31. ad medium.

Digressiuncula, qua asseritur vitæ breuitas

41.

Disce ergo tu qui mortalis es Dei sanctam maiestatem reuereri, aut eius insere
tabilia iudicia perhorrescere; qui vt omnia pro sua sapientia creauit, ita pro
sua voluntate disposuit; vitæq; ac mortis terminos certos præfinit, atq; præ
stituit, quos velle transgredi nefas est. sic enim testatur Job. 14. 5. Breues dies ho
minis sunt, et numerus mensium eius apud te est, constituisti terminos eius, qui
præterire non possunt. g. d. Somini vita breuis illa quidem est, sed tamen
ignota Somini eius duratio, quam, qui in sua æterna præscientia præscripsit, sui
providentiæ Decreto consummandam reseruauit. videtur rex psalter valde
affectasse hoc mosse, quod cunctis ignotum est, non (vt reor) curiositate incitatus,
sed studio intelligendi commotus; vt videlicet breuitatem vitæ ex intimo sensu perci
piens, ac noscens, angustijs temporis à periodo ætatis tam breui tamquam cala
ribus stimulatus magis ac magis in dies singulos bonorum operum cursum ac
celeraret. sic ille Ps. 38. 56. Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine
finem meum, vt sciam quid desit mihi. g. d. non vulgaris est hæc lingua, nec
eam omnes norunt. est enim valde arcanus sermo de breuitate vitæ; sed quia
mihi notum esse voluisti, precor te Deus, vt mihi indicare velis vitæ meæ termi
num festino cursu appropinquantem, quantulusq; sit numerus dierum meorum,
vt sentiam; et verè apprehendam quantum quamq; sit modicum, quod reliquum
est temporis, et quasi responsum intus à Deo audisset, addit; ecce mensurabiles
posuisti dies meos, et substantia^{mea} ~~quamquam~~ nihil tantæ te. pro mensurabiles, alijs
palmares Dodrantales, id est, mensura palmi, seu digitorum quatuor definitas.

Heb. תפחחֹתֹ Tephachots. Græcè ΠΑΛΕΤΑΣ. Hieronym. breues reddidit, sen
sum attendens, pro substantia^t. Etatis meæ circumscripſitio, vitæ Suius meæ periodus,
quantumuis extendatur, et subsistat, nihili estimanda, præsertim si æternitati com
paretur. numerant itaq; scriptores sacri exactè temporum periodos, fines, exi
tus, vt breuitatem nobis insinuent, et angustias vitæ, quam transigimus, cui nec di
gitum adijcere, sicut nec ad staturam corporis vlla ratione, aut violentia addi
bita, valemus; etiam si regali, ac imperatoria potestate insigniti fuerimus. simul,
vt admoneamur nullum esse terminum, finem uel tam longè distantem, qui non
vel spe citius appropinquet, et nos sapius imperatus adoriatur, et occupet. quare sem
per in memoria versandum illud, quod in vulgari Hispani prouerbio usurpant.
No ay placo que no llegue. omnium quippe temporum sua plenitudo est. vnde si

+ Hebraia
כֶּלֶחַי
Cheloi.
Græci ὀρογῶν
ὀρογῶν
ὀρογῶν

Fatum et
una mi
Dei promissio

De breuitate
vitæ certum
est. Job. 14. 5.
explicatus.

De 38. 56.
explicatus.

hy post

Sapientia



sapis hoc sedulo cura, impense, et enixe conare, ad hoc vigila, noctes, diesq; in hoc in-
cumbito, ut plenitudini legis studeas, Charitatem nempe cuius complectoris, ei in
corde firmam, fixam, ac perpetuam sedem statuas; siquidem Plenitudo legis
est dilectio. Rom. 13. 10. et cum venerit tui plenitudo temporis, hoc sola saluum
faciet, et transferet in eternitatem. uti nos docetur August. tit. 31. in Icar.
Amare, inquit, debemus per quem facta sunt tempora, ut liberemur à tempore
et figamur in eternitate, ubi iam nulla est mutabilitas temporum.

S. Corollarium. 2.

Alterum quod dicendum proposuimus, id est, ut noscās sine fieri satis illorum in-
terrogationi, qui anxie inquirere solent, Cur non ante Christus aduenerit? Responde-
tur enim cum Augustino tit. 31. in Icar. quia nondum venerat plenitudo temporis, mode-
rante illo, per quem facta sunt tempora, sciebat enim quando venire deberet. Primo
per multam seriem temporum, vel annorum prædicendus fuit. Non enim paruum
aliquid venturum fuit. Diu fuerat prædicendus, semper tenendus, quante maior
iudex veniebat, tanto præconum series longior præcedebat. Deniq; ubi venit pleni-
tudo temporis venit, et ille qui nos liberaret à tempore. Liberati enim à tempore,
venturi sumus ad illam eternitatem, ubi non est tempus. etc.

42.

Eandem respensionem confirmat Leo Magnus de Nativ. ser. 3. his verbis: Ces-
sent igitur illorum querelle, qui impio sermone diuinis dispensationibus obloque-
tes, de dominica natiuitatis tarditate causantur, tamq; præteritis temporibus
non sit impensum, quod in ultima mundi ætate est gestum, verbi incarnatio,
hoc contulit facienda, qua facta, et sacramentum salutis humanæ in nulla um-
quam antiquitate cassauit, quod prædicauerunt Apostoli, hoc annunciarunt
prophete; nec sero est impletum, quod semper est creditum; sapientia, ac benigni-
tas Dei, et salutiferi operis mora capaciores nos sue uocationis affectit; ut quod
multis signis, multis uocibus, multisq; mysterijs per tot fuerat sæcula præ-
nunciatum, in his diebus euangelij non esset ambiguum; et natiuitas, que omnia
miracula, omnemq; intelligentiæ erat excessura mensuram, tanto constantior è
in nobis gigneret fidem, quanto prædicatio eius, et antiquior processisset, et cre-
dior. Non itaq; nouo consilio Deus rebus humanis, nec serua miseratione consulit,
sed à constitutione mundi unam, eandemq; omnibus causam salutis instituit.
Gratia autem Dei, que semper est uniuersitas iustificata sanctorum, aucta est
Christo nascente, non cepta, et hoc magne pietatis sacramentum, quo totus iam
mundus impletus est, tam potens in suis significationibus fuit, ut non minus adep-
ti sint, qui in illum crediderunt, quam qui suscipere, donatum.]

43.

Doctor Angelicus duplicem assignat causam præordinationis sui aduentus
Christi in ultima temporis ætate: priorem ex magnitudine, quam indicauit Augustinus,
posteriorem ex conditione uementis, quam Leo insinuauit. Hæc autem eo spectabat, ut
Sominos, qui ægri, et infirmi medicum præstolabantur, agros cerent morbum, quo la-
borabant, quo erant releuandi, Conuicti autem sunt de scientiæ defectu per legem
nature, de uirtutis defectu per legem scriptam; ideo utramq; præcedere oportuit e-
lestis reparatoris aduentum, sed hæc ratio satis explicata est ab Apostolo similitudine

44.



paruuli heredis, ut supra iam satis explanatum est.

Theoria 5. Moralis.

super eadem verba. Vbi venit plenitudo temporis.

45.

Illud mirabile videri potest in scripturis sacris, cum maxima habeatur cura numerandi, et enarrandi dies, annos, et tempora sanctorum hominum, nullam tamen haberi eorum, qui scelerati fuerunt, ac male viuentes extraxerunt diem. exemplum est. 1. Reg. 9. 13. vbi sic scriptum est, Vnius anni erat Saul, cum regnare coepisset, et duobus annis regnavit. quid ita? Nonne grandior electus in regem? nonne plures annos regni habenas moderatus est? quidam opinati sunt suppressum vicio scriptorum numerum alterum, et pro vnius et viginti, siue duobus et viginti scriptum fuisse vno ac duobus. sed S. Gregorius Magnus ita explicat, tanta vitæ innocentia fuisse, cum regnum inijt, ut non videretur excedere ætatem paruuli vnius anni, iuxta illud 1. Corinth. 14. 20. Maliicia paruuli estote, et non sensibus, in eaq; vitæ puritate, et sanctitate duobus annis eum deinde vixisse regni gubernacula præclare administrantem. Itaq; non numerantur illius anni, quos male vixit, sed illi diuertaxat, quos cum sanctitate transegit. Ergo hoc est iusta causa non scribendi tempora eorum, qui male vixerunt, quod, cum Deo non militauerint, indigna sunt visa scriptione, et postentis memoria. Dies certè filiorum huius sæculi, licet vulgo, et suis fere æqualibus pleni videantur, iuxta Ps. 72. 10. et dies pleni inuenientur in eis. videntur illi quidem seras, et pleni diem, cum obijssent: verum enim verè non pleni, sed vacui laude, et meritorum inanes obierunt. quocirca in cathalogo diuine prædestinationis, ut est in Ps. 138. 16. Dies formabuntur, et non in eis. Domunculi eorum albescent, sicut ipsi confusi exalbescent præ timore exigentis rationes. Las casillas dellas se Salian en blanco, que assi seguedaron ellos en blanco q; soplando las manos. De Sorum superbia, et gloriæ auditate extat illud Ps. 48. 12. vocauerunt nomina sua in terris suis. non profecto in cælis, vbi nomina Apostolorum Christi scripta sunt, sed in terris vbi facile obruantur, et puluere, et obliuione. Sic Hier. 17. 13. Recedentes à te in terra scribentur, ut conculcati pedibus deleantur, et præreant; non verè in annalibus, siue Chronicis sanctorum. in his enim, quamuis eis ad lucernam, ut dicitur anxie requisieris, oleum perdes, et operam, ac nihil inuenies. Verte folium vnum, et alterum, et totum versa volumen, nihil inuenies, quia ut dixi supra cum Psalte regio; Nemo in eis. Magna (ut quidam seite dixit) persona abrumo, gigantæ statura nubes vertice tangit, sed tange corpus enorme, nihil est, nisi phantasiæ obiectum ex fano compactum hominem cernes. At iste summus imperator fuit, regna, ac prouincias in pace continuit, præclare edidit in bello facinora, victorias obtinuit, eximias, trophæa tulit innumera, triumphos egit cum omnium gratulatione populorum gloriose. quid ergo? Numquid ista ad Dei gloriam retulit? Numquid in his Deo militauit? non. Hoc sit ipsius nominis insigne. Non homo, id est, Nemo. Et nemo in eis. Peruoluta totis annales, verte folium, quis scriptus est? Nemo. Verte alium. Nemo, aliud, Nemo in eis. Vasa in pharmacopolio si attendas, dum vacua sunt, titulos exterius habent, sed albos, Los rotulos estan en blanco. vnde intus ventum tenent, extra nihil; eiusmodi esse solent flagitiosi homines, et peccatores, interius virtutem solidam non habent, exterius nihil sunt, nihili certè æstemantur.

apud Deum; nihili fiunt à sanctis hominibus. Itaque licet magni, ac potentes in seculo presenti, in altero nomen nullum habent, uti ille dives epulo, qui Sabaero pauperi in sacra historia, nominatio absque proprio nomine inducitur. Haud dubium, quin habuerit apud homines, dum vixit; sed deletum est in morte, cum ipse sepultus in inferno est. Improbos adumbrat hos Manasses, i. obliuio, qui licet maiornatu, minori postpositus est; ac representat probatos viros, ut memoria dignos Ephraim, i. augmentum, qui et si minor, in benedictione maiori prelatus est. Etenim si probi, et sanctitate excellentes inter mundi dilectores humiliter tractentur, et seque floceficiant; improbi vero, et flagitijs operti superbi exultent, et in oculis vulgi habeantur, tandem aliquando Deo urnam versante, suorum curam ostendente, sortes immutantur, et ruit preceps Aman, Mar docheus vero exurgit ad solium, expurgiscuntur, et laudant, qui habitabant in puluere, et terra Gygantum detrahitur in ruinam. Alterum exemplum memorie perpetue iustorum proferre possumus ex Iobi patientissimi historia sacra, ubi sanctus vir non absque spiritu, ut reor, propheticico, sic loquitur: quis mihi tribuet, ut scribantur sermones mei. quis mihi det, ut exarentur in libro stilo ferreo, aut plumbi lamina, vel celte. (certè alijs) sculptantur in silice. q. d. sermones isti mei patientis fidelissimi testes, quibus resurrectionis futurę sunt certissima pignora, scribi digni sunt in publicis annalijs auctoritate regia, vel in lamina plumbea exarati stilo ferreo, vel certè in excauato duro marmore diutius permansuri. Itaque idem factum est, siquidem integrum scripturę librum, et satis longum de huius sancti ac iusti viri operibus, sermonibusque habemus. Cuius enim verba, et facta in celis erant scripta, cur inter Bibliographa à sacris ministris non fuerant scribenda? Pleni sermones lucis, plena opera laudis, ut pote ad Dei gloriam velata, plenum librum iure sibi vindicarunt.

Eadem ratione fieri putamus, ut non nisi perfectorum virorum dies plenos numerent scripta sacra, natosque eos narrent impleto partus tempore, consummatisque uteri mensibus, ut inde intelligas eos omnino fuisse perfectos, et virtute, et sanctitate consummatos, et absolutos. ex similitudine proposita hoc facilius percipies. Cum artifex aliquis opus profert imperfectum, licet multa habeat laude digna, tamen quia res est adhuc inchoata, nec ultima ei manus apposita, nec iactat ipse, nec necesse est, ut iactet, vel tempus, vel dies, quos in eo opere posuit, consumpsit, ac si opus illud sit perfectum, et suis numeris, ac partibus absolutum, tunc planè decet, ut iam maxima cum gloria licebit, dicere, ac notare dies in ea re perficienda, et absoluenda insumptos. similis est causa ob quam non decet, nec opera precium est iniquorum hominum partus, vel natalis dies in acta referre: nam cum ij nigro fuerint numerandi lapillo, quibus non nasci melius fuisset, et in utero extingui, quam ad lucem egredi, satius esset: numquã non informes, ac imbecillas erunt, dicanturque imperfecti, et septimestres, hoc est, infelices, ac miserii. Quippe qui ante tempus effusi iustum tempus non sunt sortiti, ut perfecti nascerentur, et viribus confirmatis. Itaque octo septimo mense natus, licet, vivat (vixit tamen infirmus, atque imbecillus) frequentius pusillo est corpore, ac minuto celo. Etenim breuitas temporis non suppeditare potuit necessarias vires corporis membris, nec sumonibus spacium, ut concoquerentur, et maturarentur, ut nature perfectio

46.

21.



postulabat. Ac velut fictile vas prave coctum, vel nondum plane coctum, si ex camino extrahatur, facile frangatur necesse est; ita eiusmodi homines infelices sunt, et in gloriæ facillimè quæruunt ad interitum. Nivus Heli summi sacerdotis, cuius fit mentio 1. Reg. 4. 21. filio, quem peperit ante tempus, nomen ei imposuit, *Isabots* quod in gloriæ significat, i. sine gloria, atq; adeo infelicem, quem merito appellemus septimestrem, natum sinistra Sora, et infelici tempore, quo mater mortua ex partu, cuius ex occasione nunciij nimis duri, pater, et patruus sacerdos ambo in prælio mortui sunt, et quo Arca fœderis (quod horribilius fuit) capta cessit in potestatem alienigenarum.

47.

Non est ergo cur mentio fiat in sacris annalibus de huiusmodi temporibus, aut natalibus; verum tamen refert maximè ad bonorum sanctorumque laudem, et gloriâ, ut publico præconio testatum sit eos in utero tamquam in conflatorio aurum, iustus dies, ac menses permansisse, quibus exactis, ac completis in lucem prodire, ut pote in omnibus perfecti, et auctori suo valde grati, atq; amabili. Hanc laudem tribuit Evangelista sacer Lucas cap. 2. 6. Christo Domino; *Et factum est, inquit, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret (Maria videlicet) et peperit filium suum primogenitum.* similiter dat Sane laudem præcursori Joanni cap. 1. 57. *Elisabet, inquit, impletum est tempus pariendi, et peperit filium.* At qui ut nihil hic de Christo dicamus, nemo inficiabitur fuisse hanc maximam, vel primam Præcursoris Christi commendationem, ut non fuerit septimestris, sed legitime natus tempore. id nempe commendat Divinus Chronographus Christi Lucas cum describit Elisabeth iam non nisi impletis novem mensibus, (hoc est enim tempus naturalis, ac legitimi partus) filium peperisse. quippe qui omni ex parte futurus erat perfectus, et cunctis virtutibus excoltus, et ornatus, uniuersisq; gratiæ præsidij cumulatus, atq; auxilijs insignitus. Fuit enim Joannes viva Christi imago, et si ex protoplasti viciosæ propaginis trunco excissa, ita tamen elaborata pulchritudine, per polita eleganter supremi opificis manu, et providentia, ut cum ex umbra ad lucem, ex utero matris ad oculos Dominum producta est, iam absoluta, et consummata prodierit.

48

Hoc ut facile intelligas, quæso parum per attende. Ut per sculptoriæ artis officium ex arboris impalita trunco fiat pulchrum simulachrum, non sufficit ad eius perfectam absoluteionem, et consumationem unus artifex, duo sunt necessarij, et sculptor, et pictor; ad sculptorem pertinet illud, quod Calibris, seu ferreis instrumentis, efficitur, securi arborum ut secet, ramis truncatis expoliet, corticem ac nudas ascia depellat, ligni nuditatem eximat, illudq; in simulachri formam dolet, ac poliat, varioq; scalpironum, scapellorumq; genere in partes distribuans membra distinguat, pectus, caput, brachia, crura, pedes, manusq; efformet, sensuum organa designet, os aperiat, et labra, nares effodiat, oculos excauet, aures extendat, frontem expurgat, genas squiget, capillos, et barbam comptè disponat, ac deniq; faciem, et totius corporis vultum aptè per politum ostentat. sed licet diligens, ac peritus sculptor sic elaborando, et dolando, distinguendo, ac poliendo artis suæ perfectionem ostenderit, excellentisq; manus præstantiam commostraverit, nondum tamen opus absolutum est.

